

Comissão de Exploração.




MUSEU NACIONAL  
DO RIO DE JANEIRO

*Quae sit quis agitat mundi labor.*  
*Lucan. I. 447*



184-8

g



DESCRIPTIO ET ADUMBRATIO  
PLANTARUM  
E CLASSE CRYPTOGAMICA LINNAEI

QUAE

LICHENES

DICUNTUR

VOLUMEN PRIMUM.

AUCTORE  
D. GEORG. FRANC. HOFFMANN

P. P. E.

SOCIETATIS PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS MEMBRO.



LIPSIAE,  
APUD SIEGFRIED LEBRECHT CRUSIUM,  
c. 1800.

IN-FOL.  
80

V I R O

S V M M E R E V E R E N D O,

**WILHELMO FRIDERICO  
HVFNAGEL,**

S. S. THEOLOGIAE DOCTORI CELEBERRIMO, PROFESSORI  
IN ACADEMIA ERLANGENSI, REL.

AMICO, FAVTORI,

H V N C F A S C I C V L V M,

D E D I T A E A C O B S T R I C T A E M E N T I S  
S I G N I F I C A T I O N E M,

O F F E R T

A V C T O R.

423 17.953

## LECTORI BENEVOLO.

Lichenum historia angustioribus olim limitibus circumscripta, paucorum annorum intervallo, novarum specierum numero et accuratori jam notarum observatione plusquam ad duplum auctior increvit. Ipse collegi non paucas novas species, habui alias ab amicis locis variis lectas, plures certo certius in boreali orbis plagâ adhuc latent. Saltem quotquot hucusque notae sunt Lichenum species, vel mecum benigne impostorum communicabunt earum Observatores, ad naturae typum delineatas et nativis coloribus fucatas hoc opusculum per fasciculos distributum comprehendet.

Omnibus figuris naturalem dedi magnitudinem, quoniam certe hoc genus plantarum non facile cognoscatur, nisi sollicitam et nativam magnitudinem habeant earum imagines. Particulas ad lentem vitream modice augmentem hinc inde addere, tum ne nimis a facie nativa recedem, et quisque facile earum examen repetere posset, tum ne tabularum numerum et operis pretium nimium augerem, ut nihil dicam, quod figurae per microscopium factae earum, quae ad nativam formam expressae sint, faciem quodammodo deformant in eadem tabula, sicutque consulto acriori microscopio neque uti, neque subtiliorem anatomen adgredi volui.

In fine autem, ne quid deesse huic operi videatur, cuiusque voluminis, quatuor fasciculis comprehensi, plurimarum specierum, partes sic dietas fructificationis, quae tum etiam in descriptione explicandae

adhuc veniunt, ope microscopii conspectas, et in peculiaribus tabulis delineatas, oculis proponere animo constitui.

Vastum genus Lichenum in plura minora distribuendum jam plures botanicorum dixerunt. Cohaerent quidem omnes indiviso nexu, sed non magis quam gramina, filices, musci etc., quae apte quidem in naturalem familiam consociantur, commode autem ex iis nova construuntur genera. Notae characteristicae ex varia Lichenum forma et natura facilius desumuntur, quam quod in hisce multum levaminis exspectes a microscopicis fructificationis partibus, quae saltem sint ejusmodi, ut prius speciem inventam cognoscere velis, quam partium distinguerandarum parvitatem ope microscopii extricatam habuisti. Ideoque in constituendis generibus crassior consideratio figurae sufficiebat. Neque tamen subtiliorem vilipendendam duxi.

Synonyma, ex serie temporis disposita, et saepius in summam brevitatem contracta, quoad potui, fida ac certa adduxi, multa, quae in priori opere (Enumeratio Lichenum etc. Fasc. I-III.) concessi, delevi iterum, eaque solummodo recepi, quorum autores vel plantam vivam mecum communicare voluere, vel de quorum fide ex descriptione vel figura adjuncta non erat, cur amplius dubitarem.

In describendis speciebus mediocritatem aliquam fecutus sum, neve prolixiori enumeratione taedio, neve ob brevitatem obscurus essem. Locum natalem ubique indicavi. Observationes autem, quae vel de usu Lichenum dicenda, vel quae adhuc notatu digna de iis videbantur, brevissimis complectuntur.

## CONSPECTUS TABULARUM

### VOLUME. I.

Tab. I.	Fig. 1.	Pulmonaria verrucosa	-	Lichen verrucosus.
Tab. I.	Fig. 2.	— reticulata	-	— pulmonarius.
Tab. II.	Fig. 1.	Umbilicaria exasperata	-	— exasperatus.
Tab. II.	Fig. 2.	— polyrhizos	-	— polyrhizos.
Tab. III.	Fig. 1.	Lichenoides flammeeum	-	— flammeeus.
Tab. III.	Fig. 2-3.	— hispidum	-	— hispidus.
Tab. III.	Fig. 4.	— ciliare	-	— ciliaris.
Tab. IV.	Fig. 1.	Peltigera polydaetylon	-	— polydaetylon.
Tab. IV.	Fig. 2.	— sylvatica	-	— sylvaticus.
Tab. V.	Fig. 1.	Coralloides paschale	-	— paschalis.
Tab. V.	Fig. 2.	— aculeatum	-	— aculeatus.
Tab. VI.	Fig. 1.	Peltigera sphofoa	-	— sphofous.
Tab. VI.	Fig. 2.	— venosa	-	— venosus.
Tab. VII.	Fig. 1.	Squamaria Pinastris	-	— Pinastris.
Tab. VII.	Fig. 2.	— juniperina	-	— juniperinus.
Tab. VIII.	Fig. 1.	Psora caesia	-	— caesius.
Tab. VIII.	Fig. 2.	— pulverulenta	-	— pulverulentus.
Tab. IX.	Fig. 1.	Lichenoides islandicum	-	— islandicus.
Tab. IX.	Fig. 2.	— furfuraceum	-	— furfuraceus.
Tab. X.	Fig. 1.	Usnea Capensis	-	— Capensis.
Tab. X.	Fig. 2.	Pulmonaria herbacea	-	— herbaceus.
Tab. XI.	Fig. 1.	Verrucaria Haematomma	-	— Haematomma.
Tab. XI.	Fig. 2.	Patellaria scruposa	-	— scruposus.
Tab. XI.	Fig. 3.	Verrucaria sulphurea	-	— sulphureus.
Tab. XII.	Fig. 1.	Patellaria cinereo-fusca	-	— cinereo-fuscus.
Tab. XII.	Fig. 2-4.	Verrucaria immersa	-	— immersus.
Tab. XII.	Fig. 5.	Patellaria Perella	*	— Parellus.

Tab. XIII.

Tab. XIII.	Fig. 1.	Platism perforatum	-	Lichen perforatus.
		— ampullaceum	-	— ampullaceus.
		— sepincola	-	— sepincola.
		Patellaria albo-caerulescens	-	— albo-caerulescens.
		Verrucaria purpurascens	-	— marmoratus.
		— albo-atra	-	— albo-aster.
		Pflora muralis	-	— muralis.
		Squamaria centrifuga	-	— centrifugus.
		Verrucaria rufescens	-	— rufescens.
		Patellaria rubra	-	— pallidus.
		Pflora saxicola	-	— candelaris.
		Verrucaria atro-virens	-	— atro-virens.
		Platism fraxineum	-	— fraxineus.
		Verrucaria confluens	-	— confluens.
		Patellaria silacea	-	— Oederi v.
		Verrucaria purpurascens	-	— purpurascens.
		— dendritica	-	— dendriticus.
		Patellaria flavovirescens	-	— flavovirescens.
		Verrucaria ocellata	-	— ocellatus.
		Patellaria Muscorum	-	— Muscorum.
		— upsalensis	-	— upsalensis.
		Verrucaria contorta	-	— rupicola.
		Pflora testacea	-	— testaceus.
		Lepra lutescens	-	— lutescens.
		Patellaria excavata	-	— excavatus.
		— varia	-	— varius.
		Platism Cornudamae	-	— Damacornis.

## T A B U L A I.

Fig. 1.

### P U L M O N A R I A V E R R U C O S A.

Pulmonaria *verrucosa*, foliacea scrobiculata; foliis subrotundis sinuatis; scutellis rufis.

Lichen pulmonarius, arboribus adnascens, inferne obscurus, defuper lacunatus, ex glauco, et cinereo flavescens, receptaculis florum rubeis Mich. gen. 90. t. 49, Ord. 21.

Lichenoides pulmoneum villosum, superficie scrobiculata et peltata Dill. muse. 216, t. 29, f. 114.

Lichen fronde obtuse lobata, inferne scabra, maculis rotundis varia Hall. hist. 1989. Leers, herb. 960.

Lichen *scrobiculatus* Scop. carn. 2. 1391.


Lichen *verrucosus*, foliaceus repens, subrotundus, sublobatus, crenatus rugosus, verrucosus, verrucis farinaceis, scutellis minutissimis fulvis Hudf. angl. 2. 545.

Lichen *scrobiculatus*, coriaceus repens lobatus, obtusus, superne scrobiculatus verrucosus, inferne villosus, tumoribus albidis Lightf. scot. 850. (Pitted warty Lichen with broad glaucous leaves.)

## T A B U L A

T runcus hujus Lichenis folium effingit late expansum, planum et varie lobatum: lobis sinuatis, rotunde incisis, obtusis, saepe margine obiter erenatis. Substantia modice est crassa ac flexilis, coriaceis Lichenibus vero tenerior. Superficies superior in recenti ex glauco virescit, vel caesia est,

A



praesertim intra scrobiculos; in sicco magis cinerea et albida, demum per aetatem ochroleuca, lacunosa seu subrotundis scrobiculis undique excavata. Verrucae granulosae ex farina albida compositae, in eminentiis lacunarum, vel circa marginem folii seu loberum terminalium digestae, nunc solitarie hinc inde sparsae, nunc densius congestae et quasi confluentes, ut margines inde crispi adpareant, observantur. In aliis junioribus etiam desunt, et margo integer, non raro per vetustatem leviter subfuscus, et suberectus. Caeterum Verrucae illae aciculae capitum magnitudinem aequantes, in disco frequenter crassiores, in medio perforatae vel excavatae saepius adparent.

In prona superficie protuberant ex lacunarum depressionibus, rugae, ochroleuco vel subfusco (praesertim humectato Lichene) colore, denso et brevi villo obductae, saepius qua parte adhaerent folia nigro, exterius vero quoisque libera sunt dilutiori, cervino-flavescenti. Maculae albidae, etiam pulverulentae rotundae particulae inter fuscum Lichenis villum sparsae, de protuberantibus illis rugis quasi eminent.

Villus intermedius rugis, interius scaber et subniger ex radiculis contextus nigerrimis, apice in tres aut quinque partes fissis.

Scutellae orbicularis fere, infrequentes, in sinu folii collocantur, concavae, margine integro cinctae subfusco, intus rubrae, majores magis explanatae, obscurioris coloris, pleraeque aciculae capitum magnitudinem acquirunt.

*Locus.* In Sylvis, passim ad radices rupium, Quercum, per omnem Europam. Habeo exemplaria in Galliae et Germaniae variis locis collecta. Subjectis Muscis saepius ita arcte adnascitur, ut vix sine laceratione separare possit.



*Observatio.* Scutellae admodum visu rariores. Dillenius suas (cujus figura caeterum laudabilis, tamen inferior ea Michelii) ex Michelio depinxit, qui praeter Naturam eas nimis accumulatas adposuit. Lightfootio extus scutellae farinaceae sunt, cel. Hudsonio lutescentes, demum fulvae. Iuniores minutissimae et hemisphaericae, a tuberculis farinaceis vix distinguendae. A plerisque omissus Lichen, quem videntur varietatem Lich. pulmonarii vel L. perlati habuisse. Ob vesiculos illas protuberantes et albas maculas haec et sequens species Pulmonariae mihi dicuntur, quibus caeterum substantia interius albida ac flexilis, quasi media inter Lichenes coriaceos ac foliaceos communis est; a prioribus scutellis, a posterioribus depresso truncō facile distinguendae.

#### Explicatio Figurae.

Planta naturali magnitudine, colore ad exemplar intra chartam diutius servatum, tamen aqua laete revirescens, fucata.

- a. Verrucae illae naturali et per lentem aucta magnitudine, ut media excavatio conspicu possit.
- b. Scutellae, quae in medio folio naturali forma picta sunt, hic paulo auctiores et brevissimo pedunculo veluti instructae.

## T A B U L A I.

Fig. 2.

## PULMONARIA RETICULATA.

*Pulmonaria reticulata*, foliacea laciniata; foliis sinuatis truncatis, reticulato-lacunosis, scutellis marginalibus.

*Pulmonaria* Math. Diose. 660. Fuchs, 676.

*Muscus pulmonarius* C. Bauh. pin. 361, 7.

*Lichen arboreus* f. *Pulmonaria arborea* I. Bauh. hist. 3. 759. Mich. gen. 86. minor et angustifolius t. 45, ord. 14.

*Lichenoides pulmoneum reticulatum vulgare*, marginibus peltiferis Dill. musc. 212, t. 29, f. 113. (nuimeroa veterum autorum enumeratio.)

*Muscus pulmonarius* Blakwell, t. 353.

*Lichen lacunatus*, inferne gibbosus, reticulo farinosa, scutellis lateralibus Hall. hist. 1986.

*Lichen pulmonarius*, foliaceus, laciniatus obtusus glaber; supra lacunofus subtus tomentosus Linn. Syst. veget. 14 960. Sp. pl. 1612. Syst. pl. ed. R. 4. 537. Fl. suec. 2. 1087. Lapp. 444. It. W-goth. 215. Leers, herb. 959. Poll. pal. 1108. Weis, gött. 64. Gunn. norv. 538. Scop. carn. 2. 1392. Matt. Sil. 889. enum. 1084. Huds. angl. 2. 542. Lightf. scot. 831. Hagen, Lich. 44. Allion, ped. 2559. Leyf. halens. 2. 1146. Wild. berol. 1032.

*Pulmonariae arboreae* herb. officin. (Lungenflechte, common lungwort, angl. longekruid, belg. Lunge-naever, norv. Lung-mæssa, suec. Lichen pulmonair, de la Mark fl. franc. 82 etc.)

**T**runcus extensus in liberam et latam foliaceam frondem, varie et sine ordine laciniatam, neque tamen valde repetito divisus; lacinia anfractuosae et margine sinuatae, unciali circiter latitudine, longitudine palmari et ultra, apice

subbifidae, sinuato-truncatae. Substantia lenta ac flexilis, intus albida lanuginosa. Superficies superior in recenti laete virescit, ex siccitate mutatur in glaucum, aetate vero in silaceum vel fuscum. Totus Lichen eminentibus lineis seu rugis in reticulum intricatis percursus, mediisque valeculis seu scrobiculis. In aliis lineae reticulatae et margines foliorum verrucis farinosis frequenter confluentibus exasperantur. In aliis vero glabrae sunt, et laciniarum margo dilute fuscus. Verrucae autem per lentem granulosae perque disruptam cutem exeuntes statim adparent. Aversa hujus Lichenis facies tactu mollier colore albido, vel ligneo-flavescens, bullosa quasi ex lacunarum impressione inferius protuberante, interstitiis vero bullarum tomentosis ac fuscis.

Radices, praeter illud tomentum, e bullis exeunt vel fibrosi, si muscis adnascatur, vel, si arboribus, pedati, basi nempe latiori orbiculari (qui forsan quibusdani pro scutellis imposuerint); etiam in extremis laciniis sparsim tales inveniuntur, unde fit, ut tota planta, pro sua sat lata extensione ad cortices tamen adhaereat. Foliola autem inter se non raro ope tomenti cohaerent.

Scutellae ad oras foliorum et ita inter sinus laciniarum sitae, ut quasi ambiguæ superiorem et inferiorem paginam adspiciant; orbiculares, maximæ, lentem aequantes, sparsæ, etiam 2—3 sociale, sessiles, elevatae in humido, margine integro (ad lentem vitream modo crenato vel potius verrucoso) ejusdem foliorum subtus coloris, discus fusco-rufescens, purpureus ex atro rubens, demum evanescens, planus, rugosus albidus.

*Locus.* Ad Quercus et Fagos proceriores in sylvis antiquis nasci solet, passim ad rupes, per omnem Europam, etiam in America septentrionali.

*Observatio.* Scutellifera planta non frequens, praesertim in altiori arboris plaga quaerenda, ubi etiam alios Lichenes rarissime cum scutis occurrentes (ut *L. caperatus*, *glaucus*, *faxatilis* etc.) facile deprehendi. Dillenius

bene monuit, in iisdem scutelliferis plantis adesse verrucas, quae etiam absque scutellis occurunt. Folia nunc latiora, nunc angustiora, saepe monstrosa latitudine, qualia invenies in Eph. nat. curios. dec. 2. 89. Sapor mucidus acris quodammodo et amaricans (ut in Polygala amara) odor debilis. Ab usu in pulmonum morbis nomen Lichen noster accepit. Vires non contempnendas, et multa experientia comprobatas (Breynih, Linnaei, Weberi, Scopeli) habet. Laudatur in haemoptoe, nimio mensium et alvi fluxu, contra tussim convulsivam, phthisin pulmonalem (cujus memorabile exemplum in prima editione flor. carn. cel. Scopoli enarravit). Non sine felici eventu a rusticis suecicis ad tussim pecudum in usum vocatur. Decoctum cum sero (vel saccharo) lactis contra scabiem variaque ulcera etiam valet. In Sibiria, auctore Gmelino, ob ejus amarorem loco lupuli cerevisiae incoquitur, quae vulgari non modo similis, sed majorem inebrandi vim habere dicitur. Ad coria perficienda, potissimum Quercubus adnatus Lichen, succoque adstringente eorum imbutus, aperte utilis. Abundat, praeter adstringentem virtutem, mucilage, coctione in aqua simplici, et evaporatione, gummi arabico simili elicienda. Commendatur ad tingendum linteum, quod fusco inficit colore; pannum lanceum addito virolo martis ruto-fusco imbuit colore. Plura de ejus natura tradita invenies in peculiari libello, de utilitate varia Lichenum conscripto \*).

\*) Mémoires, couronnées en l'année 1786, par l'académie des sciences, belles-lettres et arts de Lyon, sur l'utilité des Lichens, dans la médecine et dans les arts &c. à Lyon 1787. 8. avec planches colorées.

#### Explicatio Figurae.

Pars frondis naturali magnitudine et recens depieta, in qua et verrucae et scutellae, et quidem posteriores in hoc exemplari, majori copia, quam vulgo adesse solent, ad naturam adumbrantur.

#### T A B U L A II.

Fig. 1—2.

#### U M B I L I C A R I A E X A S P E R A T A.

*Umbilicaria exasperata*, undique laevis, superius aspera, tuberculis contortis nigris.


*Lichenoides atrum* corii persici instar exasperatum Dill. musc. 220. t. 30, f. 119.

? *Lichen exasperatus*, umbilicatus subitus laevis, supra granulato-tuberculatus Retz. scand. 1383. Gunn. norv. 1024. Fl. dan. 471, f. 3.

? *Lichen torrefactus*, umbilicatus pullus, supra rugosus, subitus reticulato-fibrosus, verrucis nigris crassis Lightf. scot. 862.

**T**runcus in frondem subrotundam expansus, tres uncias circiter latam, crassiusculam, rigidam, in siccitate fragilem; per ambitum in sinuatas, et breves laciniias fine ordine crenatas laceratus. Facies supina nigra, centrum versus in fuscum vergens, tota granulosa et corii persici instar in sicco exasperata, tuberculis aliis nigris seu granis semiglobosis, eleganter, per vitream lentem, spiraliter contortis adspersa.

Facies prona laevis, ex cinereo fusca vel fuliginosa, venulis reticulatis vel tenuissimis rugis, in medio fere tomentosis percursa, nullis radiculis, praeter medium scutiformem tophaceum pediculum praedita.





*Locus.* Ad rupes elatiores in alpibus Helvetiae, Sabaudiae. Exemplar depictum debo liberalitati ill. Schmidelii.

*Observatio.* A Lichene deusto differt noster, quod ille undique glaber, hic vero superius exasperatus sit, ille plane niger, hic versicolor; nec non crassifite. Synonyma citata hunc Lichenem non male indigitare videntur. Dillenii figura non plane quadrat, quae subitus lacunosa adparet, melius ejus descriptio. Umbilicaria est mihi genus Lichenum, quod omnes Lichenes a Linnaeo umbilicatos non male in subdivisione hujus vasti generis nominatos, comprehendit. Quoad habitum peculiarem, ex simplici vel etiam imbricato et depresso truncō, peltato quasi constantes, facilissime dignoscuntur. Radix scutiformis simplex in centro, quod punctum adhaesionis seu umbilicus audit, sita est. Crines vel tomentum vero proprie radicum munere fungi, bene adnotavit cel. Hedwig in 1 Fasc. 2d. Volum. Stirp. Cryptogam. 6.

#### *Explicatio Figurarum.*

Planta exsiccata depicta, exinde forsan ejus forma magis convexa.

1. Facies inferior cum radice scutiformi non plane in centro sita, ad naturalem magnitudinem expressa;
2. superior exasperata;
- a. Tuberculum ad lentem auctum, nodorum e teta equina instar confectionum textum, qualia etiam in aliis Lichenibus proboscideo, velleo etc. saepius hiante in medio spatio occurunt.



#### T A B U L A II.

*Fig. 3—4.*

#### U M B I L I C A R I A C I R R O S A.

*Umbilicaria cirrosa*, superne plicato-rugosa glabra; inferne nigerrima cirrosa.

---

*Lichenoides pullum superne et glabrum inferne nigrum et cirrosum Dill. muc. 226.  
t. 30, f. 130.*

? *Lichen polyrhizos*, umbilicatus polyphyllus utrinque laevis polyrhizos Linn. syst. veg. 962. sp. pl. 1618. syst. pl. 550. fl. suec. 1108. Retz. scand. 1387. Gunn. norv. 693, fl. dan. 592, f. 1. Hudl. angl. 550. Lightf. scot. 864. Leyf. hal. 1164.

---

**T**runcus in subrotundum crassum folium expansus, aliquot uncias latum, per margines varie flexum, et sine ordine incisum ac crenatum. Facies superior rugosa, seu plicata, ex cinereo albida, tenuissimis punctis adspersa; hinc inde rimosa, vel tenui pulvere obducta, alioquin glabra.

Facies inferior villosa aterrima, seu cirris brevibus atris, ad vitream lentem furcatis dense obducta. Cirri in hoc Lichene ultra folii marginem non prominent. In centro folii pediculus crassus scutiformis, seu basi complanatus.




*Locus.* Ad rupes iisdem in locis cum priore. Ab ill. Schmidelio meum communicatus.

*Observatio.* Dillenii adumbratio non male congruit cum hoc Lichene, sed folia in ejus figura suberecta picta, in hoc desidero. De planta Linnaei dubius (nam synonyma adducta et citata Halleri figura certe aliam indicant) denominationem mutavi. Incertae species plures inter umbilicatos.

#### *Exploratio Figurarum.*

Planta inter chartam exsiccata depingitur, exin forsitan compressior.

- 3. inferior pars nigra. Cirri saepiuscule varia directione, ex punto in peripheriam producuntur.
- a. simplex et ramosus cirrus naturali, et
- b. ad lentem aucta forma,
- 4. Superior facies.



#### T A B U L A III.

*Fig. I.*

#### LICHENOIDES FLAMMEUM.

*Lichenoides flammeum*, tubulosum caespitosum, scutellis concoloribus.

*Lichen flammatus*, tubulosus ramosus retusus croceus Suppl. 451. Synt. veg. 963.

*Lichen flammeus* Auct. med. suec. tom. 1. t. 15, f. 3. (absque descriptione.)

**C**espitem facit suberectum ex foliis plus minusve crassioribus compositum; foliola (vel ramuli, Coraloidis formam aemulantes) tubulosa seu inflata, conferta, cylindracea, subdivisa, divaricata, apice bicornia etiam trifida, obtusa vel latiora, inaequaliter truncata, clausa. Facies superior in sicco magis compressa, quam convexa, subtilissime rugosa, colore fulvo, apicem versus dilutiore aureo, hinc inde croceo, senescens vel destruncta planta, etiam basis tubulorum, fit cinerea. Inferne foliola sunt minus eleganti colore ex luteo in cinereum demum vergente, subrugosa.

Scutellae ab origine sua tubulosae, apice impressae, pedunculo simili Lich. phys. crasso rugoso insidentes, ex apice foliorum plerumque enatae, maiores orbiculatae, discus magis complanatur, margo tenuis, color fulvus vel croceus ut foliorum.



*Locus.* Habitat in Cap. bon. sp. Exemplar depictum ab ill. Thunbergio illic lectum debo cel. Ehrharto, cuius benevolentiam ob plures rariores et novos Lichenes liberaliter missos, multis modis praedicare debeam.

*Observatio.* Ramuli subramosi, ad latera non raro perforantur. Humectatus Lichen debilem at suavem spirat odorem, foliola in humido emollescent; membranacea partim corrupta, aliis cineris intermixta. Ad L. phys. forma ac toto habitu admodum accedit (var. illius locis frigidioribus lectam colore candidiore et subinde sulphureo Dill. t. 20. f. 49. habet), et novum Genus videntur indicare, inter Lich. foliaceos imbricatos et foliaceos erectos; posteriores mihi, nomine jam a Dillenio sancito, Lichenoides dicuntur, ut pote qui proxime ad Lichenes accedunt, nisi quod erecti magis crescant, caeterum etiam scutellis, plerique margine, instructi.

---

*Explicatio Figurae.*

Cespes Lichenis exsiccati naturali magnitudine adumbrata.

a. Ramulus cum scutella, abruptus, naturali forma.



T A B U L A III.

*Fig. 2—3.*

L I C H E N O I D E S . H I S P I D U M .

*Lichenoides hispidum* foliiforme laciniatum: laciniis adscendentibus semitubulosis, margine hispidis.

*Lichen cinereus minor*, marginibus pilosis Vaill. parif. t. 20. f. 5.

*Lichen pulmonarius* exiguus, faxis et arboribus innascens, ad margines radicatus, inferne albus, desuper subcinereus, receptaculis florum nigricantibus Mich. 93. ord. 28. t. 50.

*Lichenoides hispidum* minus et tenerius, scutellis nigris Dill. musc. 152. t. 20. f. 46.

*Lichen* fronde profunde laciniata, semitubulosa, ciliata Hall. hist. 2019.


*Lichen hispidus*, foliacens laciniatus albus: laciniis adscendentibus obtusis pilosis, scutellis sessilibus Schreb. Spicil. 1120. Scop. carn. 1. 110. Chlor. lugd. 35.

*Lichen hispidus*, fronde semipinnata canaliculata cinerea Leers, herb. 958.

*Lichen tenellus* Scop. carn. 1406. Web. Speicil. 269. Hagen, Lich. 80. Allion. ped. 2554.

*Lichen hispidus*, foliacens laciniatus albidos: laciniis apice obtusis inflatis, ciliatis; scutellis nigris sessilibus Wild. berol. 1024.

Multiformis Lichen, primo in parvum orbiculum expansus, planus tenuiter laciniatus, laciniis apice subdivisis, glabris latioribus saepius; color ex cinereo albicans, in humido virescens (nisi diu exsiccatus) subtus magis incanus, foliola canaliculata. Sub hac forma Licheni stellaris admodum similis,




radiculis longioribus, in margine protensis, (quae in stellaris ex inferiore folii parte exeunt) albicantibus, apice solummodo nigris, laciniis margine liberis, vero diversus. Puncta nigra per superficiem sparsa, ad lentem saepius observantur, tenuellum jam non male dixisse. Polia nunc alia occurunt, ex uno cortici affixo centro in orbem sparsa suberecta, et imbricata, apices foliorum difficiunt, pulvere subviridi conspersae; sensim magis intumescunt, superius gibbosae, et inferne ex loculis seu cavernulis pulverem glomeratum spargunt; expulsa farina hiant loculi, ut veluti cucullatae foliorum extremitates fiant, hinc inde tantum superfite tenui farina, tum omnino semitubulosae adparent, reliqua folii parte non cava, potius canaliculata. Marginibus pili longi validi albescentes adsident, qui demum occultantur, si folia continuo majora, margines partim contrahunt et veluti crassiora, rugosa et inflata in conspectum veniunt.

Scutellae rarae, observavi eas in specimine foliis apice tubulosis cavis, subpedunculatae: pedunculo leviter rugoso, orbiculares in sicco subnigricantes, in humido plus minusve fuscae, margine integro vel subcrenulato foliis concolore, cinctae.

*Locus.* In arborum ramulis, in Salice, in Pruno spinosa, in sepiibus multisque aliis locis frequens. Ramulos hirsuta et nivea quasi veste induit, intermixtis aliis Lichenibus, stellaris, granoso, orbiculato, ciliato. Immo ad faxa interdum reperitur.

*Observatio.* Foliola etiam in dorso foraminis subrotundo aperiuntur. Discus, ut in Lich. ciliari, temporis progressu excidit, et cavum albidum secum relinquit. Aliqui hunc Lichenem inter varietates Lich. ciliaris receperunt, a quo tamen semitubulosis foliolis differt; a stellaris longioribus ex-



stantibus radiculis, et subfuscis et pedunculatis scutellis. Accuratam et sollicitam requirit saepius extricantis curam, ut confusio inter utrumque evitetur. Limites inter foliaceos imbricatos Lichenes et foliaceos erectos ostendit.

#### *Explicatio Figurarum.*

2. Planta scutellifera naturali magnitudine, humectata depingitur.
- a. Ramulus nativa forma, et
- b. lente vitrea austus, quo melius in hoc exemplari scrobiculi in superficie superiori, et subpedunculatae scutellae conspicisci queant.
3. Planta alia marginibus inflatis, secca.
- c. Planta junior (Lich. tenuellum) recens depicta.
- d. Particula ad lentem austae, cum tuberculis nigricantibus.
- e. Laciniæ (ex planta 3.) a superiori et inferiori parte per lentem conspectæ, ut loculi seu cucullatae quasi foliorum extremitates observari possint. Scutella parva sessilis.
- f. Extremitates laciniarum aliae magis austae, superne et inferne depictæ, eum conglomerata farina.

## T A B U L A III.

Fig. 4.

## L I C H E N O I D E S C I L I A R E.

*Lichenoides ciliare*, corniculatum, erectiusculum, laciniis linearibus palmatis ciliatis; scutellis pedunculatis.

*Lichen cinereus arboreus*, marginibus fimbriatis Vaill. parif. t. 20. f. 4. Mich. gen. 93.  
ord. 28, 2.

*Lichenoides hispidum majus et rigidius*, scutellis nigris Dill. musc. 150. t. 20. f. 45.

*Lichen corniculatus planus*, ramulis capillaribus, scutellis petiolatis Hall. hist. 1980.

*Lichen ciliaris*, foliaceus erectiusculus: laciniis linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis crenatis Linn. Syst. veg. 959. Sp. pl. 1611. Syst. pl. 535. Fl. suec. 1083. Loefel, pruss. 171, f. 50. Gunn. norv. 875. Fl. dan. 711. Weis, gött. 62. Pollich, palat. 1106. Schreb. spic. 868. Necker, meth. 101. Gallob. 515. Matt. Sil. 887. enum. 1082. Scop. carn. 1388. Web. spicil. 234. Hudf. angl. 558. Lightf. scot. 828. Hagen, Lich. 42. Leyf. hal. 1144. Allion. ped. 2556. Chlor. lugd. 35. Widenow, berol. 1025.

(Augenwimper flechte, hairy or ciliated Lich. angl. Hår-målla, suec. kant-hairig schurftmos, belg. L. cilié de la Marck fl. franc. 80. etc.)

**C**espites facit ex una basi adscendentes, varie implexos et sibi incumbentes. Folia linearia angusta, longitudine unciali, biunciali, hinc modice convexa, inde canaliculata, acute et varie laciniata: laciniis ultimo fere palmatis, per

margines et in extremis, longis ac varie flexis ciliis, vel nigricantibus, vel foliorum colore obvallatis, quibus tota planta implicata et hispida fit. Haec siquando humida tunc plane laete virescit, inferne ex glauco canescit; in secca autem statim color evanescit, cinerea vel albida adparet, subitus candida, passim striatis rugis percursa. Superne folia glabra (ad lentem fiscior tomentosa) et crebris verrucis concoloribus vel nigricantibus obsita, quandoque conglomeratis; adsunt in scutelligera et in disjuncta planta, ubi vel permanent, vel in scutellas abeunt.

Scutellae in summis ramis et in caule, pedunculatae, hemisphaericæ juniores, margine integro tumido, concavæ, discus fuscus; sunt denique maiores orbiculatae, margo tenuis, discus planus, subconvexus, ex atro fuscus, ultimo nigrescens; in seccitate lividus, subniger, pulverulentus. Margo semper foliis concolor, sed frequenter per ambitum verrucosus, crenatus, ferratus vel demum ipse in lacinias foliaceas excrescit, radiisque quasi cinctus intus albidis, extus viridibus. Discus elabitur.


*Locus.* Ad truncos arborum in sylvis Europæ pervulgaris, omni tempore potissimum humida tempestate viget.

*Observatio.* Odor in humectato gravis nauseosus. Fructificationis modum cel. Hedwig, felicissimus cryptogamiae indagator, in opere suo præmio ab acad. petrop ornato \*) sic exposuit, ut verrucae hujus Lich. permanentes masculo, scutellæ vero, feminis receptacula, femineo munere fungantur. Iam ad lentem simplicem, disco perpendiculariter secto, semina nigra

in



\*) Theoria generationis et fructificationis plant. cryptog. Petrop. 1784. 4 p. 120. sq.

in columnulam quasi ordinata conspici possunt, quae disco elasto facilis  
disperguntur.



*Explicatio Figuræ.*

- a. Integer cespes hujus Lich. nativa forma, et humectatus depingitur.
- b. Alius ramulis resiliens, in quo foliorum expansio magis patescit, siccus.
- c. Ramulus ab inferiore parte conspectus, siccus.
- d. Scutellum radiatum. Haec ad naturalem magnitudinem depicta.
- e. Particula folii punctis seu verrucis conspersa, extensori paululum forma.



T A B U L A IV.

*Fig. I.*

PELTIGERA POLYDACTYLON.

*Peltigera polydactylon*, fronde adscendente subtus venosa; peltis digitatis parvis.

*Lichenoides cinereum polydactylon* Dill. musc. 207. t. 28. f. 107.

*Lichen polydactylon*, fronde oblonga, subtus venofo-villofa: marginibus subrevolutis adscendentibus Neck. method. 85. Leers, herb. 975, Web. gött. 270, (var.  $\gamma$ ) Lightf. scot. 846, (var. can.  $\gamma$ )

Frons cespitosa in lobos unciali sessunciali longitudine divisa, apice latiores, ad basin angustiores, in extremis in paucos minores (3—4) sublobata, ultimi lobi in numerosas (saepe intra unciale spatium 10—30) subdigitatas fusco-rufescentes convolutas peltas desinunt. Peltarum pedunculi ex lobis prodeunt. Superficies superior glabra, in recenti obscure et saepius ferride et inaequaliter viridis, in secca planta ex cinereo virescens vel etiam rufo-fusca.

Superficies inferior venosa: venis latiusculis contiguis; versus peltas minores in crassiores paucas frequenter confluunt; caeterum subtomentosae sunt, colore ex ligneo fusco, intermediis sulcis oblongis distinctae.



Radices in extremis foliis tenues, nigrae satis longae, ad basim densiores.

Peltae ovatae convexae vel retro volutae et velut tubulosae, etiam margine subcrenatae, ex fusco rufescentes, in siccitate nigricantes. Folia alia inter peltiferam plantam, sinuato-laciniata, margine criso farinaceo cincta, sed rarius occuruntur.

*Locus.* Ad terram, in sylvis inter alios Lichenes coriaceos nasci solet.

*Observatio.* Substantia satis crassa. Numerosis et parvis peltis a Peltigera rufescenti species videtur non male diversa. Varietas hujus Lichenis, tenuior luci obversa pellucida quasi, coloris in superficie nunc albidi nunc fusco virentis (unde totus Lichen maculatus vel variegatus), subitus vero magis albidi, peltis vel solitariis vel geminis, retro volutis apice subcrenatis fusco-rufescensibus a Dillenio indicata 208. t. 28. f. 108. Unciam longitudinem non superat.


Peltigera cel. Wildenow (Flor. berol. prodr. 347.) dicitur genus Lichenum receptaculo seminum oblongo peltiformi instructum, cui addo coriaceam ac lentam plantae naturam.

#### Explicatio Figurae.

Planta naturali magnitudine et recens depicta.

a. Peltas indigit.

b. Frondis partem margine criso farinaceo cinctam.



#### T A B U L A IV.

*Fig. 2.*

#### P E L T I G E R A S Y L V A T I C A.

Peltigera *sylvatica*, subcoriacea sinuato-laciniata scabra; peltis adscendentibus parvis.

---

Lichen pulmonarius, faxatilis, fusco-rufus, receptaculis florum albidis Mich. gen. 84. ord. XI. t. 43.

Lichenoides polyschides villosum et scabrum, peltis parvis Dill. musc. 199. t. 27. f. 101.

Lichen lacunatus exasperatus inferne villosus scutellifer Hall. hist. 1987.

Lichen *sylvaticus*, coriaceus repens laciniatus lacunosus, peltis marginalibus adscendentibus Linn. S.N. 712. Syft. veg. 961. Leers, herb. 977. Hudf. angl. 547. Lightf. fcot. 848.

Lichen *polyschides*, fronde rigidiuscula oblonga supra verrucata lacunataque: peltis marginalibus subrotundis Neck. meth. 51.

---

Ampla et libera frons ad terram repens, margine suberecta in laciniis sine ordine divisa, sinuatas, apice subangulosas, truncatas, in juniori planta parum latas (L. saxat. similes), in adultiori latiores esse solent. Superficies superior ab initio obscure virescens, vel sordide e fusco viridis, per vetustatem et in siccitate fusco rufescens, extremi fines vel fusi vel nigri; in media parte et versus extremitates lacunosa, verrucis pulverulentis nigris (ad lentem cylindri dense stipati racemosi e disrupta cute prodeentes) nunc solitariis, saepius in lineas coordinatis, circa lacunarum eminentias exasperata.

Inferne totus Lichen ac ubi villosum, spongiosum, villo (per lentem apice fiso et uti in spongia contexto) ad margines molliore, flavescente vel albido etiam croceo, interiora versus densiori scabro fusco, demum nigro, interspersis hinc inde villo circulis seu foveolis, quae albedine disci (per lentem saepius farinosi) inter villum emicant. Ab initio parvis tubulis similes, qui dein in maculas impressas ad aciculae capitae magnitudinem explicantur.

Peltae infrequentes, in extremis angustioribus laciinis parvae haerent, oblongae vel rotundae, fusco-rufae, colore inferius tomenti.

*Locus.* In sylvis Europae (Helvetiae, Angliae, Germaniae) locis umbrosis ad radices et latera rupium; etiam ad arbores, sed rarius.

*Observatio.* Substantia in recenti flexilis tenax, intus virescens, for dide alba, fibrosa; limites ostendit inter Lichenes pulmonarios et coriaceos. Odor foliorum, etiam post multos annos, urinosus (fere ut in Chenop. vulv.) nauseosus, praesertim in sicca planta et in aqua macerata, recentia vero folia et sicca fere inodora. In Michelii figura pictor folia et eorum lacinias nimis lata fecit. Dillenii figura laudabilis.

#### Explicatio Figurae.

Frons integrâ naturali pingitur magnitudine, colore ad exemplar siccum et aqua revivis cens fucata.

- a. Peltae in extremis angustioribus laciinis.
- b. Laciinarum fines saepius reuolutae ac peltas acumulantes.

#### T A B U L A V.


Fig. 1.

#### CORALLOIDES PASCHALE.

*Coralloides paschale*, solidum, tectum foliolis tartareis; tuberculis fungosis subfuscis.

Lichen alpinus glaucus, ramosus, botryoides Scheuchz. it. 137. t. 19. f. 4.  
Musco-fungus coralloides fruticosior et lignosior Moris. hist. 633. n. 12, 13. t. 7. f. 12.  
Lichen cinereus, fruticosus faxatilis, racemulis feminum, undique obductus, receptaculis florum nigricantibus Mich. gen. 78, 20—22. t. 53. f. 5—7.  
Coralloides crispum et botryiforme alpinum Dill. musc. 114. t. 17. f. 33.  
Lichen caule fruticolo fungifero, verrucis calcaris tecto Hall. hist. 1963.  
Lichen *paschalis*, fruticulosus solidus, tectus foliolis crustaceis Linn. Sp. pl. 1621. Syst. pl. 557. Syst. veg. 963. Fl. suec. 1120. Lapp. 336. Gunn. norv. 268. Weis, crypt. 98. Leers, herb. 991. Fl. dan. 151. Neck. meth. 66. Poll. pal. 1130. Retz. scand. 1404. Lightf. scot. 886. Hudf. angl. 558. Hagen, lich. 71. Chlor. lugd. 37. Allion. ped. 2588. (Zypressenförmige Strauchflechte, crimped warty L. angl. Faftelauus-Riis, norv. Faftlags-Riis, suec. Lichen paschal de la Mark, fl. 90.)  
Cladonia *paschalis* fruticulosa ramosa, crusta obducta, tuberculis fuscis Wild. berol. 1049.


**C**espites facit varia magnitudine ex pluribus fruticulis compositos. Caules surgunt ex una latiuscula basi plures, subteretes, erecti vel decumbentes, superius in ramos frequenter ad angulum acutum divisii et subdivisi; ultimis



ramulis (3—4) crispatis, et subnutantibus; lignosi ac lenti sunt caules, in humido molles flaccidi, colore ex glauco candicante, lutescente vel ad incarnatum tendente. In junioribus crispa crusta undique obducta, in vetustioribus subinde nudi, praesertim ayersa et inferiori parte, superius autem et in extremis ramulis creberrimis exiguis verrucis, quasi farina conglomerata conspersi essent, teguntur. Quae verrucae plus minusve crassiores vel subtiliores si accuratius et ad vitream lentem observentur, ut vera foliola crustacea seu tartarea eleganter laciniata, crispa, granulata, dense imbricata, superius magis verrucosa; verrucis obovatis, conicis, apice et hinc inde nigro-punctatis, conspicuntur. Per universam plantam praesertim in extremis ramulis et foliorum glomerationibus nascuntur fungosa tubercula, nunc singula seorsim nunc plura congesta, aut coalita, ab initio plana, orbicularia, scutellis similia, margine cincta, dein fiunt convexa, in sicco autem subsident, breviter etiam adparent pedunculata, glabra, lantis saepe magnitudine, colore fusco, spadiceo, ex siccitate nigricante. Color in juniori et sicca planta penitus albicans, quasi pruinosus, in humido autem ex cinereo vel glauco virescit, per vetustatem et siccitatem denique arenaceus vel obsolete luteus. In eo loco, ubi caules denutati et lignosi comparent, subtili ac fungoso, in humido pellicente tomento radicularum instar vestiuntur, cuius ope et nutriti plantam, et invicem cohaerere verisimillimum. Substantia interior solida est et alba.

*Locus.* In Europae montosis et ericetis. In America septentrionali.  
Apud nos promiscue cum L. Islandico, et frequens tuberculis.

*Observatio.* Observantur exemplaria tuberculis etiam in humido plane nigris, conglomeratis, subpedunculatis, caules minus ramosi et crassiores; quae varietas forsan est: *Lichen alpinus glaucus* ramulorum extremitatibus nigris et tumentibus Scheuchz. it. VI. 459. Aliam elegantem varietatem ex



Groenlandia adlatam, vidi in herbario ill. Schreberi caule sere roseo, foliolis albidis teneris consperso. Tota planta magnitudine ac figura admodum ludit, ab unciali ad palmarem occurrit, granulis plus minusve crassioribus vel densioribus, saepius in exsiccatis et decrepitis plane detritis. Rangiferos aequi vesici hac specie ac L. rangif. refert Linnaeus in flor. Lapp., nec dubium, quum sapor in hoc minus acris, quam in L. rangiferino et copiose ibi provenit. Nomen generis a Dillenio evocatum, impostui fruticulosi plerisque Linnaei lichenibus, coralliis similes et tuberculis ut plurimum instructis.

---

*Explicatio Figurarum.*

Fruticulus recte depictus, ramulis quibusdam abscissis.

a. Particula caulis ad lentem conspecta, foliolis tum eleganter imbricatis et coordinatis in conspectum prodeuntibus.

b, c, d. Singulæ particulae ex apice ramulorum, hinc inde nigro-punctatae.



 TABULA V.

Fig. 2.

## CORALLOIDES ACULEATUM.

*Coralloides aculeatum*, subcompresso fuscum, furculis aculeatis; tuberculis radiatis.

Lichen terrestris, fuscus, hirsutus asperus, receptaculis florum atrorufis Mich. gen. 78, (16-18) ord. 5. t. 39. f. 7.

*Coralloides fruticuli* specie fuscum, spinosum Dill. musc. 112, t. 17. f. 31.


Lichen fruticosus durus castaneus, furculis spinosis Hall. hist. 1965. Leers, herb. 992.

Lichen *acuteatus*, foliaceus diffusus, compressus ramosissimus; ramulis furcatis spinulosus Schreb. Spicil. 1119. Web. gött. 207. Leyf. hal. 1166. Chlor. lugd. 35.

Lichen *bifidus*, fruticulosus solidus ramosissimus, ramis divaricatis, subcompressis glabris spinulosis, angulis obtusis Lightf. scot. 883.

*Cladonia aculeata* fruticulosa, fusca, compressa, ramosissima, diffusa aculeata Wild. berol. 1048.

**C**eispites unciales fuscunciales ex ramosissimis fruticulis, et in latitudinem magis sparsi. Caules ramosissimi implexi, subcompressi, magis ad divisuram, lacunati in utroque latere, per dichotomiam ad obtusum angulum plerumque divisi, subdivisi; angulorum divaricationes fere rotundati; medii caules versus apices sunt latiores, demum apices ramulorum spinulis tenuissimis (2-3 ad lentem saepius obtusis) terminantur; etiam latera ramulorum ex hisce subtilissimis spinulis (per lentem cylindris obtusis similes) quasi hispida sunt.



Quod praesertim in iis plantis, quae tubercula proferunt, observatur, ubi rami pauciores, intermedii magis erecti saturatius fusi, ubique usque ad extremas furcatas fines, spinulis minutis acutis, tamen innocuis, adspersi sunt.

Totā planta in anteriori superficie saturatius est colorata, ex tufo nigricat in sicca, magis et dilutior fusca in humido. Sicca etiam dura fragilis pungens nitentis et castanei coloris, subcompressa, diffracta intus solida alba; humectata vero plane flaccescit et intumescit, etiam tum intus cava adparet.

Tubercula scutellis omnino similia, terminant crassiores caulem, plana sunt et horizontaliter sita, ex plano demum fiunt convexa, margo spinulis conicis vel simplicibus vel subramosis obvallatur, exinde radiatam acquirit faciem; color disci fuscus in rufum tendens, qui color purpurascens in adulterioribus (ut in Lich. Island.) basin etiam tingit.

*Locus.* In ericetis Europae montosis, inter fruticulosos alios Lichenes.

*Observatio.* Scutellifera planta infrequens. Dillenii figura plantam absque scutellis bene exprimit. Michelii figura extra dubium scutelliferam refert, quae latiori caule et magis hispido praedita esse solet. Ambigit inter Coralloideos et Lichenoides Lichenes, posteriores L. Islandico adspiciunt, quo cum in multis convenit. Saltem non destituitur amaricante et mucilaginosa virtute.


 Explicatio Figurarum.

a. Plantam juvenilem recens depictam sicut.

b. Aliam adultiore tubercula gerentem, siccataam.

c. Ramuli terminale tuberculum, ad lentem vitream conspectum,

## T A B U L A VI.

Fig. I.

## PELTIGERA APHTOSA.

*Peltigera apftosa*, fronde lata verrucosa, subtus longis radiculis hirsuta.

? *Lichen pulmonarius*, maximus, verrucosus, superne e cinereo virescens, inferne obscurus, receptaculis florum rubris, et circinatis Mich. gen. 85.

*Lichenoides digitatum* laete vires, verrucis nigris notatum Dill. musc. 207. t. 28. f. 106.

*Lichen* fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne villosa Hall. hist. 1992.

*Lichen apftosus*, coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali adscendente Syst. veg. 961. Syst. pl. 544. Sp. pl. 1616. Fl. suec. 1098. Gunn. norv. 208. Weis, 80. Neck, meth. 80. Poll. pal. 1117. Scop. carn. 1390. Leers, herb. 971. Oed. dan. t. 762. f. 1. Hudf. angl. 547. Lightf. scot. 847. Retz. prodr. 1373. Hagen, lich. 104. Leyf. hal. 1156.

*Peltigera apftosa* fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne alba villosa, Wild. berol. 1002. (Warzige lederflechte. Torskmoffia, suec. Torskgräs, Elfnäfwer, Uppl. Alv-naever, norv. Green ground lieverwort, with blak warts, angl. Muscus cumatilis, officin.)

Folium in frondem latiore ac breviorem extensem, minus crassum ac fragilius, quam in *Peltig. canina*; lobi magni sunt, obtuse sinuati planiusculi. Superior superficies laevis, colore laete virescenti in planta recenti, de cuius

superficie verrucarum acervi nigricantes vel nigro fusi sparsim efflorescunt, in vetustiori planta color livecit vel ex fusco cinerascit, verrucis concoloribus. Inferior superficies ad margines ex reticulo confluente albido-ferruginea, etiam albescens, quoque muscis adhaeret propter radicularum copiam plane ex fusco nigricat, reticulum venosum fuscum, intermediis albidis spatiis conspicitur.

Radices longissimae atrae, setaceo-ramosae, implexae, in humectata subulatae acutae rectae, in extremis sparsim, in medio dense congestae, emicantibus hinc inde tantum venis.

Peltae terminales laete purpureae, ex fusco rufescentes, in siccitate nigricant, ovatae, vel subrotundae, recurvae, in aversa parte coloris pallidi subcarnei, etiam viridescentibus verrucis obsitae, pedunculis brevissimis convolutis, e laciniis foliorum instructae.

*Locus.* Ad terram muscis instrata, in Europae sylvaticis montosis.

*Observatio.* Radiculis longissimis ab aliis coriaceis, quae etiam, sed rarius, verrucis adspersi occurunt, distinguitur. Margines foliorum ubi in peltas abeunt, non raro sublacunose vel rugosae. Vetusta exemplaria et exsiccata colorem priorem non acquirunt. Vi draistica et anthelmintica pollere dicitur, si noster *Lichen verus* ille, de cuius vi vermes pellente exemplum memorabile in amoenitatibus (ed. nov. vol. 2. 68.) a b. Linnaeo relatum

## T A B U L A VI.

Fig. I.

## PELTIGERA APHTOSA.

*Peltigera aphtosa*, fronde lata verrucosa, subtus longis radiculis hirsuta.

? *Lichen pulmonarius*, maximus, verrucosus, superne e cinereo virescens, inferne obscurus, receptaculis florum rubris, et circinatis Mich. gen. 85.

*Lichenoides digitatum* laete virens, verrucis nigris notatum Dill. musc. 207. t. 28. f. 106.

*Lichen* fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne villosa Hall. hist. 1992.

*Lichen aphtosus*, coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali adscendente Syst. veg. 961. Syst. pl. 544. Sp. pl. 1616. Fl. suec. 1098. Gunn. norv. 208. Weis, 80. Neck, meth. 80. Poll. pal. 1117. Scop. carn. 1390. Leers, herb. 971. Oed. dan. t. 762. f. 1. Huds. angl. 547. Lightf. scot. 847. Retz. prodr. 1373. Hagen, lich. 104. Leyf. hal. 1156.

*Peltigera aphtosa* fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne alba villosa, Wild. berol. 1002. (Warzige lederflechte. Torskmossæ, suec. Torskgräs, Elfnåfwer, Upl. Alv-naever, norv. Green ground lieverwort, with blak warts, angl. Muscus cumatilis, officin.)

**F**olium in frondem latiore ac breviorem extensem, minus crassum ac fragilius, quam in *Peltig. canina*; lobi magni sunt, obtuse sinuati planiusculi. Superior superficies laevis, colore laete virescenti in planta recenti, de cuius



superficie verrucarum acervi nigricantes vel nigro fusi sparsim efflorescunt, in vetustiori planta color livescit vel ex fusco cinerascit, verrucis concoloribus. Inferior superficies ad margines ex reticulo confluente albido-ferruginea, etiam albescens, quoque muscis adhaeret propter radicularum copiam plane ex fusco nigricat, reticulum venosum fuscum, intermediis albidis spatiis conspicitur.

Radices longissimae atrae, setaceo-ramosae, implexae, in humectata subulatae acutae rectae, in extremis sparsim, in medio dense congestae, emicantibus hinc inde tantum venis.

Peltae terminales laete purpureæ, ex fusco rufescentes, in siccitate nigricant, ovatae, vel subrotundæ, recurvæ, in aversa parte coloris pallidi subcarnei, etiam viridescentibus verrucis obsitæ, pedunculis brevissimis convolutis, e laciniis foliorum instructæ.

*Locus.* Ad terram muscis instrata, in Europæ sylvaticis montosis.

*Observatio.* Radiculis longissimis ab aliis coriaceis, quae etiam, sed rarius, verrucis adspersi occurunt, distinguitur. Marginæ foliorum ubi in peltae abeunt, non raro sublacunose vel rugosæ. Vetus exemplaria et exsiccata colorem priorem non acquirunt. Vi draistica et anthelmintica pollere dicitur, si noster *Lichen verus* ille, de cuius vi vermes pellente exemplum memorabile in amoenitatibus (ed. nov. vol. 2. 68.) a b. Linnaeo relatum





legitur. Ast in ejusdem mat. medica citatur Dillenii t. 26. f. 99. nempe *Lichenoides subglaucum cumatile*, foliis tenacibus eleganter laciniatis 197. quod longe a nostro diversum. Rusticola Upsiloniae infusum cum lacte paratum, infantibus aphthis laborantibus praebent, inde nomen (Fl. suec. I. c.)

#### *Explicatio Figurae.*

Plantam sicut naturali forma, recentem.

a. Pelta insidens pedunculo revoluto.



#### T A B U L A VI.

*Fig. 2.*

#### P E L T I G E R A V E N O S A.

*Peltigera venosa*, minima subtilis venosa; peltis sessilibus planis orbiculatis.

*Lichen pulmonarius*, minimus, inferne albus, et niger, reticulatus, superne e cinereo virescens, receptaculis florum nigricantibus, ad latera oblongis Mich. gen. 85, 12 et 13. t. 44. f. 3, 5.

*Lichenoides parvum virescens*, peltis nigricantibus planis Dill. musc. 208. t. 28. f. 109 et 110.

*Lichen flabelliformis*, subtilis reticulatus, scutellis marginalibus planis Hall. hist. 1993.

*Lichen venosus*, coriaceus repens ovatus planus: subtilis venosus villosus, peltis marginalibus horizontalibus Syft. veg. 661. Sp. pl. 1615. Syft. pl. 544. Fl. suec. 1097. Gunn. norv. 764. Weis, gött. 82. Neck. meth. 82. del. 515. Leers, herb. 970. Retz. scand. 1312. Poll. pal. 1116. Hudf. angl. 546. Lightf. scot. 844. Leyf. hal. 1155. Chlor. lugd. 36. (Kleinste schildflechte, Adernässä, suec. Aare mossä, norv. Little dark vein'd L. angl.)

*Lichen venosus*, Ehrh. plant. crypt. exsiccat. dec. III, 29.

F rontes e terra naescuntur adproximatae et tum parva orbicularia foliola, plana, ad terram inclinata. Actate eriguntur, frons in folium unciale, femunciale expanditur, obovatum, oblongum, margine in lacinias aliquas divisum, sed oblique et irregulariter extensum. Ad basin plerumque replicatur inferior



marginis superficies, ita, ut cava<sup>s</sup> seu umbilicus oblique adscendens formetur. Superficies superior glabra, subviridis, in sicco magis in cinereum vel fuscum tendens. Inferior ex albo et fusco variegata. Etenim venae, pro parva Lichenis natura, satis crassae, villosae et subfuscæ sunt, intermedia autem spatia, seu sulci albicant. Saepius venarum extremi fines multifidi, furcati. Radix e basi frondis quasi in cuneum decurrit, brevis, et ex minutis compactis fibris, aegre a terra separandis, colligitur.

Peltae in extremis sessiles, ab initio concavae, orbiculares horizontales, margine erecto posterius latiori sulcato cinctæ, dein planæ, majores convexæ, subrotundæ nonnihil angulosæ, in recenti fusco-purpureæ, in sicco nigricantes.

*Locus.* In cavarum semitarum marginibus adclivioribus, ad terram humidam, locis umbrosis Europæ.

*Observatio.* Lichenoides terrestre virescens orbiculatis minimis foliis Dill. 209. t. 28. f. 110. est juvenilis e terra propullans Lichen venosus, bene expressus, et totius generis minimus.

---

*Explicatio Figurarum.*

Variae aetatis et magnitudinis plantulae pinguntur.


- a. Juniors planta ab anteriori facie conspecta, et in recenti depicta.
  - b. Alia a posteriori, magis secca.
  - c. Vetusior ab anteriori et in siccitate delineata.
  - d. Similis madida.
- 

Tab. I.

1.



2.



Auct. Del.


Engl. Adsp.

*Tab. II*

1.



2.



3.



4.



*Actaea* *Pratense*


*Coprea folia* 1798

*Tab. III.*


1.



2.



3.



4.



*Autor. del.*

*Coprinus fuscus* 1700

Tab. IV.

1.



2.



Autor Del.

Orientalia 1808

*Tab. V.*

1.



2.



*Water* <sup>✓</sup> *oil*

*Lepidozia* <sup>✓</sup> *lutea*

*Tab. VI.*

1.



2.



*Abelone* *Def.*

*Copiousa* *sculp. 1770.*

V I R O

ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO,

JOSEPHO BANKS,

BARONETO,

REGIAE LONDINENSIS SCIENTIARVM SOCIETATIS

PRAESIDI GRAVISSIMO,

NATVRAE SCRVTATORI INDEFESSO,

H V N C F A S C I C V L V M

O F F E R T

A V C T O. R.



## T A B U L A VII.

Fig. I.

## S Q U A M A R I A P I N A S T R I.

Squamaria *Pinastris*, foliacea adscendens, laciniata lobata  
crispa, margine pulverulenta, flava.

---

Lichen *Pinastris* Scop. carn. 2. 1387.

---

Frons in cespitum rotundum parvum collecta ex foliolis semuncialibus  
suberectis, incisis lobatis, gyratis undulatis; margine flavo pulvere, undique  
tumente. Superficies superior ex virescenti flavescens, subrugosa; supina  
concolor vel saturatori flavo tincta. Ceterum prior nigris punctis, quae ad-  
mota lente nigra fungosa tubercula adparent, frequenter conspersa. Scutel-  
las hucusque frustra quaesivi. Substantia totius plantae rudis admodum et  
seuenti Lichene crassior, minus elegans; lobi obtusiores farinosi, puncta  
nigra in superficie, neque ad margines, color magis virescens, demum locus  
natalis ab illo satis diversam ostendunt.

*Locus.* Habitat in sylvis acerosis; adnascitur constanter Pini sylvestris  
cortici deque radice ejus vel prope tamen crescere solet. Circa Erlangam  
non infrequens, circa Idriam Scopoli legit.



*Observatio.* Ad tingendum pannum non inutilis planta, pallide sulphureo vel flavescente spadiceo imbuit colore \*). Squamariae nomen Lichenibus imposui, qui squamatim quasi crescere solent, imbricatos dixit Linnaeus, plus minusve adpressa, modo angustiora, modo latiora sunt foliola, semper tamen imbricatum sibi imposita, et natura molli flexili foliacea.

\*) Mémoires — sur l'utilité des Lichens — n. 21. a, b, c.

*Explicatio Figurae.*

Cefpes frondis nativa magnitudine et recens depicta.

a. Lobuli pars extrema, farinosa tumente margine; ad lentem sucta.



T A B U L A VII.

*Fig. 2.*

S Q U A M A R I A J U N I P E R I N A.

*Squamaria juniperina*, foliacea adscendens laciniata crispa, fulva; scutellis fuscis.

Lichen nivalis luteus,  $\beta$  Web. spicil. 271.

Lichen *juniperinus*, foliaceus laciniatus crispus fulvus, peltis lividis Linn. syft. veg. 960. Sp. pl. 1614. Fl. suec. 2. 1093. Gunn. norv. 204. Retz. scand. 1564. Lightf. foot. 836. Hudf. angl. 2. 542.

(Wacholderflechte, Geneverboomig schurftmos, belg. Juniper Lichen, angl. Enmâsse, suec. Enermosse, norv.)

Frons cespitosa, laxe imbricata, ac in erectiuscula foliola divisa, varie ac inaequaliter laciniata; margine sinuata crispa, punctisque nigris minutis, quae ad lentem oblongi vel lineares apices, saepius perforati, undique exasperata. Superficies interna rugosa vel quasi reticulata, colore madefacta planta, ex viridi flavescente, etiam eleganter citrino; siccitate et aetate color magis in fulvum inclinat. Supina facies aequa lacunosa, glabra et lutea; hinc inde breves exigui nigri radiculi, simplices prominent, quibus corticibus adhaeret.

Scutellae ex margine foliorum oriundae, eoque quasi in scutellam convoluto pedunculatae omnino. Primum parvae sunt et orbicularis tumque sessiles; dein vero magis explicantur, inordinata forma; margine luteo cre-

nulato instructae, disco autem fusco vel castaneo, madesfacta planta livido; subtus autem reticulo lacunoso obducto.

*Locus.* In arboribus, passim ad Iuniperum variis Germaniae locis, (in Suecia, Norwegia, etiam Anglia). Anne etiam in Alpibus? Exemplar depictum cel. Ehrhart Upsaliae legit.

*Observatio.* Novella planta rotunde magis expansa, tenuioribus et crassis laciinis. Halleri Lichen convexo concavus lacunatus et glaber, ramis minus crassis subluteis (hist. 1977.) cum nostra planta, exceptis synonymis, melius convenit, quam Lichene nivali. *A priori* aequo diversus est noster Lichen ac a parietino. Gothlandi dicuntur lanas luteo hujus ope colore inficere, qui pulchrior evadit, si tingendum alumine ante imbutum in fero lactis coquatur. Etiam ut specificum in ictero (?) celebratur.

#### Explicatio Figurae.

Lichenis hujus annosioris cespes nativa forma ac colore; humectata planta.

a. Juvenilis alia.

b. Particula extremiti lobi, ad lentem aucta, quo melius pigris apices confici queant.

#### T A B U L A VIII.


*Fig. 1.*

#### P S O R A C A E S I A.

*Pfora caesia*, crustacea adpressa, albido-cinerea; scutellis concoloribus, tuberculis intermixtis caesiis.

Frons orbiculata exacte siue rotunda, crustacea, albido-cinerea, ex angustis stelliformiter dispositis foliolis composita. Foliola haec in prima aetate multifida, sublinearia laciniata: laciinis divaricatis apice incisis; dein rosulas formant maiores, unciales biunciales, sive latiora apice praesertim, et subconvexa. Laciniae divaricatae terminantur sere aequali altitudine, truncatae quasi, bifidae vel trifidae denuo, ultimis finibus incisis tantum vel crenulatis, subito inflexis, antea gibbis. Colore omnes laciniae sunt cinereo albicante, exceptis apicibus, quae in dilute caeruleum tendunt. Subtus vero alblicant, margine in humente levissime viridi, et per exiguis radiculis, ad lentem etiam bifidis, arcte axis ita adglutinantur, ut fine laceratione vix desecari possint. Medius orbis tubercula profert numerosa subrotunda, qualia etiam ex margine vel apice foliolorum erumpunt, pulverulenta, caesia (ad lentem nigra granula albis commixta).

Scutellae tuberculis iis insparsae, admodum exiguae, concavae, foliorum colore; adultiores magis nigricant, in humido subfuscæ, tenui cinctæ margine, vel granulatae, a mutua pressione irregulari forma. Senescente plantula foliola a centro fensim per ambitum corrupta fuscescunt, evanescunt,



*Locus.* In saxis, lapidibus, tectis, ad sepimentorum trabes, etiam super muscos (substrato praesertim Bryo pulvinato) circa nostram urbem frequens.

*Observatio.* Humectatus Lichen colorem aegre mutat, contritus inter digitos virescit. Alios nostrae pervulgaris plantae mentionem nullibi fecisse demiror. Forsan primo adspectu seducti, pro stellari vel simili habuere. Nomen Pforae iis imposui Lichenibus, qui Lichenibus imbricatis forma vel habitu quidem similes, margo enim etiam in lobulos finditur, et imbricatum foliola crescunt, sed natura crustacea tartarea, fragilis cohaerens ab iis separat; medii quasi inter crustaceos scutelliferos et foliaceos imbricatos Lichenes.

*Explicatio Figurae.*

Orbis hujus Lichenis lapidi innascens, per margines polliniferos minori cum alio confluens, recens naturali magnitudine depictus.

a. Plantulae tenellae foliola.

b. Foliolum frondosum tuberculis et scutella instrutum, ciliis ad marginem prominentibus, nativa forma.



T A B U L A VIII.

Fig. 2.

S Q U A M A R I A P U L V E R U L E N T A.


*Squamaria pulverulenta*, adpressa, foliolis linearibus obtusis lobatis crenatis, polline conspersa; scutellis nigricantibus.

? *Lichenoides glaucum orbiculare*, segmentis latiusculis, scutellis nigris Dill. musc.  
176. t. 24. f. 71.

? *Lichen fronde cinerea profunde laciniata*, rotunde lobata, scutellis nigris Hall. hist.  
2016.

*Lichen (pulverulentus) imbricatus*; foliolis lobatis crenatis obtusis viridibus, polline conspersis, scutellis nigris margine crenatis Schreb. spicil. 1123. Web. spicil. 276. Wild. berol. 1015.

Frons in rosulas explicata varia latitudine, invicem congestis foliolis laciniatis, bifidis, trifidis etiam multifidis composita, apice obtusis, crenulatis, margine depresso, dein vero elevatis. Foliola haec in humente eleganter et saturate viridia, sensim ex viridi in cinereum ludunt, in sicca (etiam in arbore) ex glauco cinerea et albida, tumque polline albido, quo per ambitum quasi pruina perspersa sunt, magis conspicuo. Per vetustatem (etiam in chartis) spadicea fiunt, lurida olivacea, glabra, saepe nitentia. Superior pars superficiabibus lacunulis impressa, inferior crebras nigras radiculos emittit incanas demum fuscoatas, quarum ope cortici arte adnascitur.



Scutellae in superficie foliorum ut tubercula vel granula exigua margine involuta propululant, per orbis medios numerosissimae congestae, foliolis concoloribus, farina cinerea obduetae, margine crasso obtuso aequali, ut canorum calculi cinguntur. Inde pellicula vel farina glauca abscedente, discus niger vel subfuscus fit, margo tenuior crispatus crenatus, irregularis angulatus vel compressus. In quibusdam foliola crista latiora, per lentem farinosa, pulvere ex viridi flavescente conspersa; in alio specimine scutellae innumeris granulis exasperatae, quae saepius in foliola excrescunt.



*Locus.* Ad arbores varias; in cortice Salicis, Juglandis, Tiliae. Circa Erlangam frequens. Non raro ad saxa palmari saepe latitudine, muscis subiectis innasci solet.

*Observatio.* Habent sicca hujus Lichenis folia peculiarem et a humente diversam faciem. Lichen omphalodes, quocum olim in enum. Lichenum male confociavi, ut ex viva planta vincor, plane diversus. Ex Dillenii descriptione facilis nostram cogitoseco, quam ex figura ejus, quae a similibus multis haud aliter, nisi accurata et circumscripta adumbratione, distinguenda. Plane aliena planta est Lichen pulverulentus cel. Hagen (Lich. tab. 2. fig. 8.) sic vocatus.

#### Explicatio Figurae.

Sicca depingitur rosula, naturali facie.

- a. Annosioris segmentum, humectatum, copiosis angulosis granulis scutellis obsitum.
- b. Particula plantae fere senescentis, marginibus latioribus, magis pulverulentis, colore foliorum subfusco vel olivaceo.



#### T A B U L A IX.

Fig. 1.

#### LICHENOIDES ISLANDICUM.

Lichenoides *islandicum*, corniculatum, foliaceum adscendens, laciniatum: laciniis bicornibus; marginibus elevatis ciliatis.

Lichen terrefris foliis eryngii Buxb. cent. 2. tab. 6. f. 1. (T. 7. f. 2. absque descriptione.)

Lichen pulmonarius, minor, angustifolius, spinis tenuissimis ad margines ornatus, receptaculis florum transverse oblongis, rubris, vel ex rubro ferrugineis. Mich. gen. 85. t. 44. f. 4.

Lichenoides rigidum, eryngii folia referens Dill. musc. 209. t. 28. f. 111.

Lichen fronde convexa ciliata, pustulata, obtuse ramosa, utrinque levi, ramulis brevissime bicornibus Hall. hist. 1978.

Lichen *islandicus*, fronde erectiuscula laxa, margine ciliata, scutellis subrotundis terminalibus planis Neck. meth. 109.

Lichen *islandicus*, foliaceus adscendens laciniatus; marginibus elevatis ciliatis Linn. syst. veg. 960. Sp. pl. 1611. Fl. suec. 2. 1085. Lapp. 445. Gort. ingr. 174. Gerard, gallop. 29. Gunn. norv. 425. Blackwell, t. 599. f. 1. Oeder, dan. 155. Weiß. gött. 68. Scop. ann. 2. 107. Carn. 2. 1385. Pollich, palat. 1007. Matt. fil. 858, enum. 1083. Retz. scand. 1355. Hud. angl. 2, 559. Lightf. scot. 819. Weber, spicil. 237. Cramer, diff. 7. Hagen, Lich. 43. Allion. ped. 255. Chlor. Lugd. 35. Leyf. halens. 2, 1145.

Musci islandici herb. officin. Linn. mat. med. Berg. mat. med. 537. etc.

(Isländisches Moos, isländische Flechte, yslandsch Schurftmos, belg. iceland Lich. angl. Fiallagraus, island. Fiaeldgraes, Hedegraes, Hede-mose, dan. et norv. Hedemossa, suec. L. d'Islande Lamarck, 81.)

Frondes confertim et fibi invicem adnascentes magnum et densum faciunt cespitem, adscendunt, figura ac magnitudine mirum in modum variabili.

L

Singula foliola plerumque aliquot uncias alta, laciniata et subdivisa: laciniis remotis alternis, etiam oppositis, extremis finibus brevissime et inaequaliter bicornibus, obtusis, aequali fere per subdivisionem latitudine, exceptis angulis divaricationis latioribus rotundatis. Superficies glabra nitida superiori seu interiori parte canaliculata, etiam subrugosa, colore plus minusve fusco, vel pallide virescenti; oris adtractis, saepe convolutis, atque mediantibus brevibus columnulis seu radiculis, fili linei crassitie in cavitatem vaginæ instar, vel etiam invicem collectis. Margines laciniarum ciliis seu spinulis rigidis parallelis obtusiusculis, ad lentem aliis furcatis, aliis ramosis, modo densius, modo rarius exasperati. Supina seu externa pars exiguis albidis pulverulentis quasi scrobiculis excavata, subconvexa colore pallidiore, ad basin vero miniatus vel sanguineus color immiscetur.

Substantia membranacea mollis, aegre lacerabilis, in humente, in sicca rigida cornea, neque facile frangenda, nisi diutius exsiccata planta.

Scutellæ foliolis plerumque obtuse laciniatis vel latioribus innascuntur, in extremis eorum apicibus, rarissime ramos terminant, marginem potius nullibi attingunt, interdum infra summitates reperiuntur: planiusculæ, purpuraescentes, in siccitate magis fuscae, foliorum substantia; adultiores concavæ, saepius unciam latae, margine aequali, denticulato cinctæ, subtus lacunofæ subreticulatae, ubi foliis adhaerent scrobiculo excavatae; rotundæ aut transverse oblongæ.

*Locus.* Per omnem Europam, in regionibus septentrioni proximis frequens. Islandia insula, ubi copiose provenire solet, nomen dedit. In australioribus regionibus, Helvetia, Gallia australi, Italia superiori montes alpinos incolit, ad terram etiam ad saxa; in ericetis, flerili ac fabuloso solo apud nos, in sylvis acerosis, vel sub dio, vel sub umbra crescit. Specimina scutellifera in monte pinifero lesta debo humanitati ill. ac cel. viri D. Dr. Schoepf.

*Observatio.* Color pro aetate vel natali loco varie mutatur. Locis umbrosis sub Erica vel frutescente arbuscula pallidior viridis, subtus albidus esse solet, junior tenuiores et magis crispas lacinas habere, inde nata varietas Dillenii: foliis tenuioribus ac crispioribus (l. c. f. 112.). Magis glabra sunt ejus folia, colore etiam obscure spadiceo sub dio, marginibus adproximatis vel convolutis, ciliis controversis vix adparentibus, extremitatibus corniculis brevibus, crebrioribus et angustioribus terminatis, in quibus nulla seu minus crebra cilia adparent. Nomen sub hac forma apud Islandos Kloungur fert (et minus gratum habet saporem Diff. cit. 11, 60.). Ceterum non raro majores frondes absque ciliis, vel tantum hinc inde sparsis occurunt. Magnitude non minus, quam latitudine variabilis planta. Prior ab uncia semipalmaris, posterior saepe plures uncias et monstrose latas frondes etiam apud nos emensa. Aliae ab auctoribus sub hoc Lichene comprehensae varietates (ut Lich. aculeatus Schreb. Islandis Kräda, in borealibus Islandiae copiose et fere lichene Islandico frequentius estur, quo vero et sapore et pretio longe inferior est Diff. cit. 60.) diversæ potius species sunt. Figura Breynii (eph. n. c. ann. 3. 439.) ex sententia Dillenii reliquis praestat et nascendi modum bene exprimit, peltae seu scutellæ vero in ea desiderantur. Buxbaumii mala, in qua non solum scutellæ, sed etiam ciliares spiculae defint. Michelii, divisum et formam inter chartas complanatam, ideoque nativam faciem non bene exprimit. Scutellæ uti Mich. depinxit, quae quidem denticulatae margine etiam integerrimæ, at nunquam ciliatae, saltem tales me nunquam videre memini, male expressæ. Dillenii figura, exceptis terminalibus scutellis, quae tamen quoque, sed rarius, occurunt, Blackwelliana, Oederiana laudabiles. Mutabile certe, inquit Hallerus, et polychreston medicamenti genus. Apud septentrionales maximi usus. In Islandia ex nostra planta in pulverem redacta cum vel fine addita farina frumenti nutriend pulmentum, etiam panem componunt \*).




Etiam in medicinam vocatur. Eadem enim lacti vel simplici aquae incocta, explicita gelatina non modo nutrientem pulmenti speciem praebet, verum etiam iis, qui phthisi aut macie ex acrimonia humorum conficiuntur, praestans remedium, nec minus iis ob amarorem salutare, qui obstructionibus aut debilitate viscerum laborant. Hoc, si recens fuerit, decocto alvum ducere plures consentiunt, sed eventus non respondebat exspectationi, periculo saepius in me facto. Etiam in re tinctoria non vilipendenda planta, colore plus minus fusco inficit pannum. Plura alibi leguntur \*).

\*) Mémoires — sur l'utilité des Lichens &c. Diff. cit.

#### *Explicatio Figurarum.*

- a. Frondem scutelliferam ostendit, quae latior et obtusior plerumque esse solet, nativa forma ac colore, humente planta.
- b. Alia fine scutellis ab anteriori ut prior seu superiori facie, marginibus tantum involutis, recens.
- c. Particula apicis, quo melius ciliarum forma conspiciri queat, ad lentem.



#### T A B U L A IX.

*Fig. 2.*

#### LICHENOIDES FURFURACEUM.

*Lichenoides furfuraceum*, corniculatum decumbens subvillosum; laciniis acutis, inferne nigris reticulatis.

*Muscus alcicornis* Barr. ic. 1277. fig. 3.

*Lichen arboreus leucomelanos*, ramulis altera parte anthracinus, altera candidissimus Buxb. cent. 2. t. 12. t. 7. f. 1.

*Lichen alpinus cornua cervi* referens, subtus anthracinus, desuper cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus fuscis Mich. gen. 76. ord. 4. t. 38. f. 1.

*Lichenoides cornutum amarum*, superne cinereum, inferne nigrum Dill. hist. 157. t. 21. f. 52.

*Lichen cornubus planiusculis acutis*, superne farinosis, inferne atris et reticulatis Hall. hist. 1976.

*Lichen furfuraceus*, fronde ramosissima, superne cinerea, subvillosa, inferne nigra, ramulis acutis Neck. meth. 107.


*Lichen furfuraceus*, foliaceus erectus, laciniatus, subtus niger pulverulentus, apicibus albidis; scutellis fuscis concavis Wild. berol. 1031.

*Lichen furfuraceus*, foliaceus decumbens furfuraceus; laciniis acutis subtus lacunosis Linn. syft. veg. 96. Sp. pl. 1612. Fl. suec. 2. 1088. Gort. belg. 307. Gunn. norv. 775. Weif. gött. 65. Scop. 1. 97. 28. Leers. herb. 96. Pollich. pal. 1109. Matt. fil. 860. enum. 1085. Retz. scand. 1359. Hudf. angl. 2. 539. Lightf. scot. 832. Weber. spicil. 272. Hagen. lich. 45. Allion. ped. 2560. Chlor. lugd. 35. Leyf. hal. 2. 1147.

(Kleienflechte, Zemelig Schurftmos, belg. grey-horned branny Lich. angl. Klismossa, Malurt-mossa, Kliskjaerpa, norv. Giael-mossa, suec. Lich. a feuilles d'Absinthe Lamarck fl. fr. 82.

*Ex angustiori basi sensim dilatatur cespitosa frons*, plus minusve ac confer-  
tim adscendens, ramis virgatis recurvatis; post pluvias decumbens; divisa et

M



subdivisa in frequentes lacinias, angulis ad divaricationes subrotundis, extremis apicibus bifidis, trifidis, etiam multifidis, acutis, vel obtusis contractis, subfuscis. Superior facies colore subcinereo, polline aut pulvere undique secura, haec virescenti, ad lentem ramoso ciliato, per margines spinularum in modum sparsa; inferior rugosa, reticulata nigricans, etiam absque reticulo, dilute fusca pallida in summitate. Margo ramulorum contractus, exim omnes superius convexi, subtus excavati; denique ramuli omnino molles, sed in siccitate rigidiores, tamen cum flexilitate. Cornicula cum Alcis vel Cervi cornu comparant.

Scutellae infrequentes, laciniarum crassiorum dorso insident, satis ampleae, subhemisphaericae, externe subcinereae seu foliorum colore, interne excavatae, e fusco rufescentes.

*Locus.* In Europae sylvis, ad trunco arborum, ad ramos Fagi, Abietis, in alpinis, montanis; etiam ad palos vivariorum.

*Observatio.* Senescens planta pulvere copioso ubique obducta, apices tum magis albescunt. Ex sententia Scopoli noster est varietas Lichenis prunastris, quem sic amplius explicat: adultus vero subtus sensim fuscescit, donec omnino nigritet, exceptis ramorum apicibus, qui saepius albi manent. In hoc statu posset omnino haberi pro Lichene, qui a Linnaeo furfuraceus dicitur, nec obstat hispida, seu furfuracea facies laciniarum, quae in omnibus segmentis, in eodem etiam cespite non occurrit (Scop. carn. 2, 1384). Sed haec opinio plane erronea. Etiamsi noster hinc inde nudus et glaber conspicatur, nihil tamen minus nunquam non furfure per superficiem conspersus, quo semper orbatum Lichenem prunastrum, excepta farina albida longe a priori diversa, videbis; denique tota facie noster recedit, ramis binario plerumque, subinde ternario brachiatis ordine, extremitatibus acutis, bifidis et trifidis, angulis ad divaricationes subrotundis, limbo inflexo et foliis subtus nigris; nec non (quod jam cel. Weber l. c. monuit) amaro post multos annos



durable, haud ingrato; inde aliqui vires Cortici peruviano similes praesagiebant. Haec omnia aliter se in Lich. prunastrum habent. Siquidem apices aliquando in nostro albidae fiunt, sed prope originem tamen cespitis, supina facies nigra. Varietatem cel. Weber aliam, senescentis forsitan plantae, sic delineat: est minus ramosa, latior, latitudine saepius unciali, inde lobata, lobis obtusis, ad margines interdum lacinulis parvis acutis ornatis, praeterea tota superiori superficie saepius spinulis obsita et admodum furfuracea. Scutellam (sic pergit) in unico specimine observavi terminalem tenuem, parvam planiusculam, utrinque glabram, et ex nigro fuscum, margine per lentem crenulato. Figura Barrelieri nativam habet magnitudinem et, licet absolute bona non sit, ejusmodi tamen (ex sententia Dillenii), ut species inde cognosci queat. Figura Buxbaumii rudis admodum, neque enim hirsuties, neque convexitas ramulorum expressa. Praeterea justo latorem fecit foliorum basin. Scutellae etiam desiderantur in figura ipsius, eas vero exhibuit Michelius, sed nimium amplas; figuram speciosam quidem et ipsa planta venustiorem dedit, sed deest nativus decor (a Dillenio pro felici suo ingenio bene expressus et siccum plantam imitans) et desiderantur in ea hirsutia et spinulae satis in ipsa planta conspicuae. Ceterum furfuraceam hirsutiam semina interpretatur Michelius. Colore ex olivaceo vel viridi spadiceo absque omni additione pannum imbutebat \*).

\*.) Mémoires — sur l'utilité des Lichens 42.

#### Explicatio Figurae.

Integrum frondis cespitem sicut nativa magnitudine, ramulis paucis ruscissis, aliis reflexis; planta humectata.



 TABULA X.

Fig. I.

## USNEA CAPENSIS.

*Usnea Capensis*, filamentosa ramosa erecta, ciliata flava; orbiculis fulvis radiatis.

Lichen *Capensis*, filamentosus, ramosus, erectus, ciliatus flavus; peltis fulvis radiatis  
Suppl. plant. 451.

**D**enso cespite nascitur hic Lichen. Cauliculi implexi teretes ramosi, geniculati hinc inde, vel incrassati prope divaricationes, subcompressi, in binos vel ternos ramos sensim tenuiores valgiter divisi et subdivisi, ultimis finibus capillaceis vel cirrofisis; quales tenues et lutescentes cirri undique etiam vescunt ramos. Substantia nec rigida, nec prorsus mollis. Superficies glabra subrugosa. Color ex cinereo in flavum vel etiam obscure luteum, demum ad rufum tendit.

Orbiculi vel ad ramulorum latera vel, quod non raro accidit extremitate eorum deficiente, terminales collocantur, sparsim, etiam confertim; ab origine tuberculis rubicundis omnino similes, sensim vero ad lentis dimensionem expansi. Discus planus, colore fulvo vel mali aurantii, radiatim circis illis capillaceis sat longe protensis obvallatus; saepius etiam ex inferiori convexa, rugosa cinerea vel subviridi parte, qua ramulo inhaeret singuli proveniunt.

*Locus.* In Cap. bon. sp. ill. Thunbergius legit, eamque ad Ehrhartum misit, qui mihi hanc novam et antea incognitam Usneam ad delineandum benigne concessit.



*Observatio.* Muscus arboreus aurantiacus, staminibus tenuissimis, ex Insulis Fortunatis Pluk, alm. 254. t. 309. f. 1, nec non Usnea dichotoma compressa, segmentis capillaceis teretibus Dill. hist. musc. 72. t. 13, fig. 15, non recedunt quidem, quoad ex Dillenii descriptione conjecturare licet, in figura autem desunt orbiculi et capilli, quibus undique nostra planta vescitur. Lichen pulmonarius minimus, subluteus, receptaculis florum coronatis, mali aurantii coloris Mich. gen. 75. t. 36. f. 4 et Dill. musc. 74. t. 13. f. 17. (Michelii figura), ratione, colore et radiatis orbiculis quodammodo convenire videtur, sed hic, quem a liberalitate cel. Latourrete, sub nomine Lich. aurant. (Chlor. lugd. 17) accepimus, exilis admodum, vix semunciam attingit, ramuli crassi breves, compressi, sine capillis, orbiculi seu potius scutellae terminales simplices. Usnea est Genus Lichenum, jam a Dillenio exstratum, ex meris caulinis seu funiculis et filis constans, teretibus, plerumque solidis et rigidis, cuius extremitates et latera subinde in orbiculos exscarios desinunt, modice concavos, limbo fere carentes, basi vero sua et quandoque per ramulos arborum corticibus vel aliis corporibus innascuntur. Omnes Lichenes sic a Linnaeo vocati filamentosi sub hoc genere militant. Receptacula seminum, quae in his quasi in orbiculos secta et plana adparent, plerumque filis coronata et ut rota radiata, mallem orbiculos vocare. Peltae nomen vero proprie coriaceis Lichenibus convenit, scuta enim sunt vel plana vel convexa ad perpendicularm plerumque sita. Scutellae vero diversae ab illis, substantia membranacea potius quam coriacea, disco excavato, marginato rotundo. Ex his etiam intelligitur, quomodo et qua ratione receptaculum illud Patella dici debeat, in crustaceis scilicet Lichenibus, ubi patinae

admodum simile; sessilis enim est patella et durioris, saepe tartareae, subflantiae.

*Explicatio Figurarum.*

Cespes Usneae naturali magnitudine. Color exhibetur ad exemplar intra chartam siccatum.

- a. Ramulus ad vitream lentem conspectus et madefactus.
- b. Orbiculus ab anteriori facie.
- c. Idem ab aversa subrugosa et pedunculata.
- d. A latere alius. Fig. b—d naturali magnitudine paulo auctiores depictae.



T A B U L A X.

*Fig. 2.*

P U L M O N A R I A H E R B A C E A.

*Pulmonaria herbacea*, foliacea lobata: foliis imbricatis obtuse crenatis, glabris; scutellis fulvis.

Musco-fungus lichenoides arborum Hibernicus scutellatus Morif. oxon. III. 633, f. 15.  
t. 7, f. 3.

Lichenoides laete virens, scutellis fulvis Dill. musc. 195. t. 25. f. 98.


Lichen fronde rotunde lobata virente, inferne seabra Hall. hist. 2002.

Lichen *herbaceus*, foliaceus repens obtuse lobatus crenatus glaber herbaceus, scutellis rufis Hudf. angl. 2. 544.

Lichen *laetevirens*, coriaceus repens lobatus obtusus glaber laete virens, subtus avenius scutellis fulvis Lightf. scot. 852.

Lichen *mutabilis* Ehrh. plant. crypt. exsicc. dec. V. 50.

**T**runcus frondosus magnus, palmaris, constans ex lobis invicem congestis, subimbricatis, subrotundis, varie laciniatis, margine crenis latis obtusis brevibus terminatus. Substantia est modice crassa ac flexilis, in humido tenuis herbacea et mollis, tamen subcoriacea. Pars superior levis et aequabilis, non lacunosa, mediis lobis tamen subrugosis; laete viridis in recenti et humectata planta, sensim vero per siccitatem color transit in saturatiorem, demum obscure viridem, per aetatem vel exsiccationem in cinereum, glaucum vel fuscum.



Facies inferior coriacea rugosa, ad marginem pallide albicans levis, inde vero breviter villosa et quasi araneosa, postea versus interiora folia crebros pallidos cirros, tenues et breves demittunt, quibus arcte arborum corticibus et intermediis muscis adnascitur.


Scutellae creberrimae per interiora cespitis ut verrucae efflorescunt, quae sensim evolutae, ab initio exili cavitate praeditae, in amplas scutellas abeunt, margine inflexo foliis concolore cinctas, disco fulvo, fusco, cervino-rubro, cavo. Per vetustatem planae fiunt, convexae, irregulares etiam multifidae.

*Locus.* Provenit in saxis, truncis et ad radices arborum praeferit Quercum, Fraxini; locis umbrosis; etiam super rupes subiectis muscis in montosis Angliae, Germaniae, Helvetiae. Specimina speciosa Hannoverae et in monte Deister lecta debo Ehrharto.

*Observatio.* Lichen *laciniatus* Hudc. angl. 2, 544. Dill. muse. 196. t. 26. f. 99. multis modis ad nostram plantam quidem accedit (consimilem adso- ciare videtur suo Lich. *mutabili* Ehrhartus), foliis autem crispioribus magis laciniatis aliisque notis et characteribus differt re vera. Odor in humectato urinosus, nauseosus.

#### Explicatio Figurae.

Lichenis frons integra rosacee quasi expansa; humectatam et nativam formam icon exhibet.



#### T A B U L A XI.

Fig. I.

#### VERRUCARIA HAEMATOMMA.

Verrucaria *Haematomma*, tartarea albida; verrucis marginatis truncatis sanguineis.

Lichen *Haematomma*, crustaceus, farinaceus pallescens-albidus; scutellis sanguineis, junioribus concavis, adultioribus convexis; margine granulato, crassifculo, crustae coloris Ehrh. beitr. 2. 157.

**C**rusta tartarea vel calcaria, in siccitate lacteo candore, hinc inde rimosâ monticulosa, per lentem farinosa, semilineam et ultra crassa, de qua ab initio levissime verrucae eminent exiguæ, tumentibus oris ex propria crusta cinctæ, coloris pallide sanguinei, sensim maiores margine subsidente irregulares et complanatae, colore saturatius sanguineo, nitentes.

*Locus.* In collibus, locis montosis. Primo collegit cel. Ehrhartus, cui depicta exemplaria debo, bei Heslerup auf einem Hügel, der aus einem weißen Sandsteine besteht und der Nieslerberg heißt, in der Grafschaft Bentheim.

*Observatio.* A Lich. cruento et ventoso differt albida crusta. Lichenes leprosi tuberculati Linn., crustacei Mich., Herpetes Hall., dicuntur verrucariae, nomine quo primum usus cel. Wiggers. Iis crusta tenuis leprosa, tartarea, ex qua emergunt verrucae seu tubercula varia natura ac substantia.

#### Explicatio Figurarum.

Saxi frustulum Lichenis crusta obductum, nativa magnitudine.

a. Ad lentem vitream particula aucta.

b. Junioris Lichenis particula, ex cuius crusta tubercula propullulant. Naturalis forma.

## T A B U L A XI.

Fig. 2.

## PATELLARIA SCRUPOSA.

*Patellaria scruposa*, tartarea subcinerea; patellis immersis excavatis nigricantibus.

Lichen crustae tenace alba, scutellis sessilibus atris Hall. hist. 2051. t. 47. f. 6. (figura nitidissima.)

Lichen *scruposus*, crustaceus cinereus granofus, scutellis immersis atris; margine crenulato Schreb. spic. 1133. Enum. lich. 41. t. 6. f. 1.

**C**rusta crassa verrucosa etiam tessellata vel rimosâ, tenax humectata, plus minusve crassa et dura in siccitate, alias albida tenuior, alias cinerea crassior. Patellae in priori, crustae ita immersae vel tamen aequales, ut margo exterior vix promineat; discus excavatus plumbeus, dupli quasi margine, per lentem facile distinguendo, cinctus. Interior enim concolor disco, exterior a crusta proveniens crassior, prominens, saepe crenulatus vel polline efflorescens. Patellae in altera cinerea varietate ab initio quasi in pulpam glebosam vel tessellatam immersae, puncto nigricante perforatae (per lentem tamen duplice margine conspicuo) ut in Lich. perforato, sensim vero explicatur et discus adparet lividus vel plumbeus, irregularis et compressus saepe; demum matrae patellae nigricantes se effurerunt.

*Locus.* In rupibus, ad terram, etiam super muscos variis Germaniae etiam Helvetiae locis.

*Observatio.* Lichen crustaceus, saxatilis, farinaceus, verrucosus, candidus, omnium crassissimus, receptaculis florum nigricantibus Mich. gen. 95. t. 52. f. 6., Lichenoides tartareum farinaceum, scutellarum umbone fuso Dill. muse. 151. t. 18. f. 12 et 15. var. B., Lichen *muscorum* Scop. carn. 2. 1375, forsitan nostram pertinent, tartareo Lich. a quo longe diversa, ab auctoribus confusam. Crusta hujus plantae sicca tempestate collecta, contrita in urina plures menses macerata, tunc cum filo aut panno cocta, rubro forsitan tingit. Per aliquot septimanas macerata, addito vitriolo martis, color elicetur dilute umbrinus, griseus (Noifette verdâtre Mém. sur l'utilité des Lich. n. 9.). Nomine Patellariae (quo Ehrhartus in phytophyll. usus), mihi designantur Lichenes leprosi scutellati Linn., seu crustacei Mich., qui ex mera crusta constant, patellas proferente plus minusve cavas, margine cinctas, durioris saepe tartareae substantiae.

## Explicatio Figurarum.

- a b. Lichenis albida crustae ac tenui forsitan junioris varietas, patellis ad latus depositis, nativam magnitudinem superantes, ut melius margo duplex conspicui possit.
- c. Junior cinerea ac tessellata crusta. Patella ad lentem separatim aucta.
- d. Vetustior, in quo maiores patellae ultra crustam elatae.
- e. Crusta admodum verrucosa et crassa, patellis hinc inde interspersis. Omnes Figuras icones naturali colore et forma exhibent.

## T A B U L A XI.

Fig. 3.

## VERRUCARIA SULPHUREA.

*Verrucaria sulphurea*, tartarea, verrucosa, sulphurea; verrucis nebulosis nigricantibus.

Lichen *calcarius* Leers, herb. 930.

Lichen *sulphureus* Enum. lich. 32. t. 4. f. 1.

**C**rusta tartarea satis crassa gibbosa, etiam subaequalis; rimosa, tessellata pallide sulphurea, margine et distracta saepius albida. Verrucae ab initio maculae creberrimae nebulosae, quae dein e crusta emergunt, sed forma aegre, nisi colore nigricante vel sordide rufescente, nunquam sereno, a crustae glebis distinguendae.

*Locus.* In rupibus elatioribus Germaniae. Apud nos in montis piniferi summo cacumine. Cel. de Saussure hunc Lichenem cum paucis aliis, ultimo vegetationis quasi termino, in summo antiqui nostri orbis monte *Mont Blanc* versus rupes glaciales collegit \*).

*Observatio.* A Lich. ventoso differt verrucis nigricantibus, a Lich. calcario crusta sulphurea.

\*) Voyage dans les Alpes, précédés d'un essai sur l'histoire naturelle des environs de Geneve, par Horace Benedict de Saussure. T. I—IV, 8. 1786.

## Explicatio Figurarum.

a. Junioris Lichenis crusta.

b. Vetustioris et crassioris crusta, naturali forma et magnitudine depicta.

## T A B U L A XII.

Fig. 1.

## PATELLARIA CINEREOFUSCA.

*Patellaria cinereofusca*, crustacea cinerea; patellis complanatis rufescientibus tenuissime marginatis.

Lichen *cinereo-fuscus* Web. spicil. 244.

**P**atellae nunc minores nunc maiores, e crusta tenuissima cinereo-albicante emergentes, nunc proprius sibi admotae, nunc longius ab invicem distantes, complanatae, aetate vel madefactae magis convexae, margine tenuissimo oculis nudis vix visibili, armatis autem varie flexuoso ac concolore cinetiae. Color patellarum rufescens, demum cinereo-fuscus, in humida magis ferrugineus.

*Locus.* Ad arborum variarum corticem, *Tiliae*, *Salicis*. Hannoverae legit cel. Ehrhartus et ad me misit.

*Observatio.* Quem olim in Enum. lich. pro varietate Lich. *vernalis* habui, nunc peculiarem ac diversam speciem esse ex viva planta edoceor.

## Explicatio Figuræ.

Corticis rimosi particula, cui numerosae ac variae magnitudinis patellae insident.

a. Particula ejus ad lentem vitream conspecta. Icon colorem, qualis in siccitate esse solet, exhibet.

## T A B U L A XII.

Fig. 2—4.

## V E R R U C A R I A I M M E R S A.

Verrucaria *immersa*, calcaria albida; verrucis immersis nigris.

Lichen scutis in faxum immersis nigris Hall. hist. 2076.

Lichen immersus Web. spicil. 245. Enum. lich. 24. tab. 3. f. 5. Latourrette, Chlor. lugd. 35.

**C**rusta in plerisque macula alba vix a calcario lapide distinguenda, in aliis crassior farinosa, lacteo candore, in aliis nigris lineis in insulas quasi divisa. Saepius etiam Lich. *antiquitatis* inquinata. Omnis vero crusta vel lapis scrobiculis exiguis seu nigris punctis plenus, persosus. Verrucae illis immersae atra sunt minuta, aequali magnitudine, subrotunda, plana. Ex lapidis crusta marginem accipiunt, et demum convexae e cavernula clapsae, foveolam nudam semicavam relinquunt.

*Locus.* In Europae rupibus alpinis, praesertim calcareis. Etiam in durissimo lapide.



*Observatio.* Varietates in Enum. lich. recitatas, omnes quidem in eo conveniunt, quod verrucae lapidi immergantur, colore vero inter se continuo differunt, et ex parte diversas indicant species.

## Explicatio Figurarum.

2. Verrucariae *immersae* exemplar in monte nostro pinifero lectum, Lichene *antiquitatis* versus marginem obductum.
- a. Lapidis fragmen, ad lentem vitream auctum.
3. Varietas *immersae* lineis nigris percurta, *limitata* dicitur cel. Latourrette, cuius libertati et hunc Lich. in provincia lugdunensi, praesertim in principatu Beugesia, ab eo ipso lectum, et alias plures rariores, etiam novos ejus regionis grato animo debeant.
- b. Particula alia naturali magnitudine, lacteo quasi candore perfusa.
- c. Ad lentem fragmen conspectum, in quo vel scrobiculi nudi, vel verrucae iis immersae facile adparent.
4. Varietas illa candidissima, quae *farinosa* dicitur cel. Latourrette;
- d. Particula ejus lente conspecta,

## T A B U L A XII.

Fig. 5.

## PATELLARIA PERELLA.

Patellaria *Perella*, tartarea verrucosa albida; patellis concoloribus obtusis tumentibus.

Lichenoides leprosum tinctorium, scutellis lapidum caneri figura Dill. musc. 130. t. 18.  
f. 10.


Lichen *Parellus*, crustaceus albus, peltis concavis obtusis albidis Linn. syst. veg. 958.  
Syst. pl. 350. Leers, herb. 939. Hudf. angl. 2, 530. Lightf. scot. 814. Chlor.  
lugd. 35. Enum. lich. 55. t. 6. f. 2. (Perelle d'Auvergne, tinctoribus etiam  
vocatur Orseille d'Auvergne, Orseille de terre ou de montagne.)

**C**rusta tartarea crassa verrucosa, verrucis coalescentibus; distracta albida,  
inter digitos contrita et madefacta rufescens. Patellae numerosae confertae,  
ab initio globosae depresso umbilicatae, a verrucis vix, nisi colore albidiore,  
discernendae; denum evolutae in maiores patellas disco latiore, planiore  
non multum cavo praeditas; albido, in humida rufescente, margine insigni  
convexo tumido etiam albido cincta, tum vero officulorum, quae oculos can-  
erorum vocant, figura et colore. In adultioribus discus rugosus vel verru-  
cosus, etiam magis excavatus, a plicato margine saepe plane obliteratus.  
Ad lentem adparet crusta granosa, subrimosa, quae sensim versus marginem  
extenuatur, saepe in orbiculum; patellarum discus pulvere albo conspersus.


*Locus.* Muris, petris et rupibus adnascitur, facie sua peculiariter albida e  
longinquo conspicua.

*Observatio.* Alia synonyma, quam quae subjeci, consulto omisi. Vide-  
tur etiam nostra planta *tartarea* Lich. confusa. Omnes in eo consentiunt,  
Laccam caeruleam vulgo *Lakmuss* etiam ex hoc Lichene confici. Ipse cel.  
Ferber talem fabricam Amstelodami, vel tamen prope hanc civitatem ex-  
structam perlustravit, et vidit, hunc Lichenem (?) in arcis ligneis sub tecto  
aedificii cum urina, calcis aqua, calce extincta et cineribus clavellatis  
tamdiu macerari, donec caeruleus prodibat color, Lichene in pultem reso-  
luto. Exsiccatus molae singularis structurae committitur, per pannum seta-  
ceum de novo humectatus exprimitur, et in variae formae modulis exsiccatur.  
Novissimam et exquisitam vero enarrationem, de compositionis ac  
praeparationis modo, quo ad tinctoriam artem hoc Lichene in Gallia utun-  
tur, in peculiariter libello legimus, a cel. Amoreux conscripto \*), secundo  
proemio ab Academia Lugdunensi ornato et ab ea typis evulgato (*Mémoires*  
couronnées &c. sur l'utilité des Lichens. Second Mémoire 1787.). Verba  
ejus gallico idiomate expressa sic sonant: ce Lichen n'est autre chose, qu'une  
croûte blanchâtre ou grise, portant de petits écoussons blancs. Il s'étend sur  
les roches. On le trouve dans les montagnes de l'Auvergne, du Limou-  
sin, du Lyonnais, du Beaujolois et du Forez; tantôt sur les roches calcaires,  
et tantôt sur les masses de granite; il se plaît principalement à l'exposition du  
nord. Cette plante est un objet de commerce pour les provinces de l'Au-


\*) Recherches et expériences sur les divers Lichens, dont on peut faire usage en Méde-  
cine et dans les Arts. Mémoire à qui le second prix a été adjugé par l'Academie  
de Lyon, en 1786. Par M. Amoreux, fils, Doct. Med. en l'Université de Mont-  
pellier. p. 66.



vergne et du Limousin. C'est à Saint-Flour principalement et à Limoges, qu'on la prépare. Il en sort aussi du Lyonnais, du Languedoc, de la Provence et du Roussillon; on l'y apprête de même, et on y en consomme beaucoup. Comme ce Lichen est de ceux, qui sont leprœux et à écuillon, ou sous forme de croûte, il n'a pas beaucoup de relief; il adhère fortement aux rochers; c'est son abundance, qui en rend la récolte plus facile. La croûte est cendrée, peu épaisse, et chagrinée à sa surface. On détache ce Lichen des pierres, en le raclant; il se brise alors; et ramassé en tas, il paroît être un mélange d'autant de terre, que de croûte végétale; il s'y trouve toujours beaucoup de parties étrangères, qui en augmentent le poids et en gâtent la qualité. On distingue dans le commerce deux sortes de Pérelle du pays, la blanche et la grise; cette différence dépend de sa maturité et de sa pureté. On préfere la grise. La préparation, qu'on lui fait subir, est fort simple, néanmoins elle change alors de nature et de nom. C'est une pâte molle, coulante et gluante, quand elle est récente; elle durcit et s'apierrit en séchant. On ne l'appelle plus qu'Orseille. A cet effet, on remplit à moitié une caisse oblongue de Perelle nettoyée et pulvérisée, de maniere que cette drogue puisse être contenue tout d'un côté, et renversée ensuite de l'autre. Cette caisse se place dans un lieu frais, à la cave ou au cellier. La on l'humecte avec de l'urine fermentée, qu'on rend, si l'on veut, plus alkaline avec de la lessive ou de la chaux en substance, éteinte à l'air. On tourne et retourne cette pâte chaque fois, qu'on l'arrosoe, laissant pour cela toujours un côté libre pour la caisse. Quand la fermentation est assez établie, c'est à quoi on veille exactement, pour qu'il ne s'en suive pas une putréfaction destructive, on retire cette pâte, devenue violette; on la met en pain, on la fait sécher assez, pour la rendre de garde



et d'un plus facile transport. C'est une opération de dix ou douze jours. Comme ce sont les alkalis volatils urinieux, qui développent, dans la Pérelle, la couleur rouge ou violette pourpre, qu'elle contient, et qui ne se manifesteroit point sans cela, on pourroit faire, avec moins de dégoût, la préparation de cette pâte dans les écuries, en répandant les Lichens sur le sol nettoyé de litière, dont on les recouvrira ensuite, en interposant une grosse toile entre les Lichens et la litière, et en arrosant le tout avec l'urine des bestiaux. Je pense, qu'en changeant aussi de procédé, c'est-à-dire, en employant d'autres liqueurs alkalines, ou des alkalis plus purs et plus développés, pour la macération de l'Orseille, on obtiendroit une pâte et des couleurs supérieures. On fait, que le savon est un composé d'huile ou de graisse et d'alkali; mais avec différentes d'huile et differens alkali, on fabrique des savons, qui ne se ressemblent point. Puisse cette reflexion faire éloigner de la routine les fabricans d'Orseille, et en faire désirer de meilleures par les Tenturiers! Il faut être prévenu, que dans le commerce, on distingue l'Orseille en pierre et l'Orseille pâte ou pain. La première doit être rapportée au Tournesol en pierre, qu'on fabrique en Hollande avec Fécule du *Ricinoïdes* Tourn. ou *Croton tinctorium* Linn.; et c'est très improprement, qu'on appelle l'Orseille, Tournesol en pâte. On distingue encore trois différentes Orseilles: celle des Canaries, celle de Hollande ou de Flandre, et celle de France. On verra ce que c'est que l'Orseille des Canaries dans l'article suivant (Lich. Roccella). Celle de Flandre ou de Hollande n'est autre chose, comme je l'ai dit, que le Tournesol, qu'on nomme aussi Orseille en pierre, et avec lequel on mêle souvent de la Pérelle. Enfin, l'Orseille de France est notre Perelle, préparée comme je viens de l'exposer. Je dois prévenir encore, pour éviter la confusion des noms,




qu'il ne faut pas nommer le Lichen Perelle, la Parelle, qui est un des noms, qu'on donne à quelques espèces de Patiences: *Rumex Patientia, acutus, crispus* etc.

*Explicatio Figurarum.*

A rupe fragmen abscissum, in quo crusta orbiculatum expana et patellae variae setatis conspicuntur.


a. Particula alia separatim.

b. Particula, in qua patellae vetustiores verrucosae, et margine fere obliteratae. Haec ad naturalem colorem et magnitudinem. Patellae majores ubique a crusta exemptae adpositae.




Tab. VII.

1.




2.




Autor Duf

Copiam. J. J. 1789.

1.



2.



*Autor tab.*


*Copraea foliosa*, 1793.

1.



c

2.



*Autor. del.*


*Copiar. sculp. 1789*

Lichenophyceae

Lichenophyceae



2.



1.

X.  
26.



*Schreyerius vel*

*Coprinus fulig. 1789.*



Strombus. Tab.

Capiva. fulge. 119.

Der

erhabenen Beförderin

des

Guten, Wahren, und Schönen,

nach

dem angestaunten Beyspiel

C A R L S

Ihres grossen Gemahls,

der

Durchlauchtigsten Herzogin von Würtemberg


F R A N C I S C A

in tiefster Ehrfurcht

gewidmet

von

Georg. Franc. Hoffmann.



## T A B U L A XIII.

Fig. I.

## PLATISMA PERFORATUM.

Platisma *perforatum*, foliaceum, subcoriaceum; margine ciliato; scutellis perforatis.

---

Lichenoides glaucum, foliorum lacinis crinitis Dill. musc. 149. t. 20. f. 42. 44.

Lichenoides foliis glaucis crinitis, scutellis amplis perforatis Dill. musc. 544. t. 82. f. 3.

Lichen *perforatus* Jacq. collect. I. 116. t. 3.

---

Ex descriptione Dillenii sicca planta faciem habet glaucam, at madefacta diversa apparet; nam folia minora et eorum margines in angustiores lacinias divisi, crinibus nigris terminati sunt. Ceterum folia subcaerulea sunt superne, in sicca cinerea, non aut parcissime lacunosa, inferne, quoisque libera sunt, fulva laevia, qua vero adhaerent, nigra, rugosa, radicibus destituta, nisi media parte, qua arborum ramis adnascentur. Farinam (sic pergit Dillenius) non observo in scutelliferis plantis, verum tubercula quaedam exilia, punctorum instar, foliis impressa. Est vero mihi exemplar foliis latioribus praeditum, scutellis destitutum, quorum margines crispi sunt et farinosi. Scutellae pediculis insident, e foliorum medio orientibus, parvae ab initio et integris marginibus praeditae, postea satis ampliae et in lacinias fissae, in fundo plerumque, quod singulare est, perforatae, colore externe cum foliis eodem, interne in humida ex fusco virides, in sicca ex olivaceo fuscae. In Virginia et Pensylvan-

R

nia quercibus adnascitur. De figura 44 ejusdem tabulae sequentia annotavit. Patellae ampliae colore erant e nigro rubente interius, exteriorius cinereae, quo colore et folia superne praedita erant, inferne nigricabant, laevia ex segmentis angustis inordinato sitis conflata. Desunt mihi exemplaria, unde dubius haereo, an patellae pediculis insideant, hic vero locavi, quoniam affinem existim species penultimae. Postquam haec scripta et figura aeri incisa esset exemplar natus sum ex Pensylvania, de quo vide in appendice et figuram meliorem tab. 82. (quam sequenti describit modo), Lichenoides n. 44 anno 1741 exemplaria e Pensylvania et Virginia accepi, ex quibus didici, species illas 42 et 44 unam eandemque plantam esse et hanc ab illa saltem aetate differre, nempe illius plantam senescentem esse, in qua patellae ampliores, et minus cavae sunt, colore per vetustatem rubiginoso intus tinctae, pediculi, qui in illa 42 rotundiores, sunt foliorum productiones tubi instar congestae, in hac vero plani fiunt et latiores. Folia illius instar crinita, quorum partem inferiorem, quoque non adhaerent, per senium canescere observo; postquam nempe cuticula exterior, quae vel fulva, vel spadicea est, abscessit, et sunt mihi etiam exemplaria aliquot, in quibus scutellarum cuticula exterior abscessit, et membranam canam reliquit. Scutellae ab initio parvae sunt, non perforatae, quae, ubi maiores factae, foramen in medio acquirunt, quod, prout illae increscant, amplius fit: juniores et mediae magnitudinis scutellae magis cavae sunt, quam grandiores: illae extus laeves, hae rugosae observantur. Ceterum, figura illa 44 minus accurata est ad exemplar minus bonum et compressum, in quo ob folia subjacentia, scutellarum foramina non patebant, facta, in cuius locum meliorem hic (sub num. 3.) exhibeo. Quae cum ita sint, speciei 44 nomen deleatur, et speciei 42 nomen emendetur, prout titulus hujus 3 numeri habet. Ceterum foramina illa naturalia et huic speciei peculiaria sunt, eamque ab aliis nullo negotio et certo distinguunt. Haec Dillenius. Ad pleniorem hujus Lichenis historiam etiam cel. Jacquinii descriptionem adjicere luet. Pensyl-

vania, inquit, elegantis hujus Lichenis patria est. Coriaceus repens, lobatus, obtusus, glaber, supra cinerascens, subitus ater, praeterquam in extimis lobis aurantiacis, ad oras pilis atris ciliatus. Peltae sparsae, subinfundibuliformes, valde concavae, ore integerrimo vel rarius emarginato, perforatae, foris cinereae, intus fuscae. Singularissimum in hoc Lichene est, quod in locis, ubi peltae oriuntur, tota Lichenis substantia sic elevetur, ut dorsum Lichenis inversi depressionibus infundibuliformibus refertum conspiciatur. Harum autem elevationum apex sponte rumpitur in os hians et rotundatum, quod basin peltae constituit, ut ita in omnibus peltis acui aut etiam in majoribus stramineo intruso transitus pateat per transversum Lichenem. Eadem speciem hanc cum dilleniana esse ex Jacquinii descriptione et figura itaque satis superque constat. Interea quum et ipse a Meerburgio, Lugd. batav. hortulano meritisimo, exemplaria viva ex Gronovii collectione obtainuerim, pauca etiam de iis dicam. Adscriptum est Schedulae ipsa manu Gronovii, cui satis speciosa exemplaria hujus Lichenis adglutinata sunt, Synonymon Clayt. n. 689.: Lichenoides Arboreum, verrucosum: foliis sinuatis marginibus fimbriatis, pilis nigricantibus obsitis, quorum suprema superficie albida, tuberculis pilosis interstincta, aversa vero pulla. Corticibus arborum vetustarum arcte adnascitur. Hoc Junipero die VIImo innascens inveni. Post multos annos haec specimen colorum ostendunt cinereum in ligneum hinc inde languentem etiam obscuriores. Folia, si excipias, quod chartae adglutinata sint, plana expansa, rotunde lobata, vel in aliis varie laciniata et divisa, praemorsa quasi, margine nigris exstantibus ciliis, plerumque furcatis, undique obsita. Inferne quoque libera sunt folia, colorum ostendunt alutaceum, ligneum, diutius in aqua macerata, fulvum vel aurantiacum hinc inde iterum acquirebant; ceterum glabra sunt, subtilissime rugosa, et nigra pellicula versus medium cespitem obducta. Facies utraque ad marginem nigris punctis adspersa. Centrum cespitis plicatum, scutellis late occupatum, fuscis, rubris, in humido

livescentibus cum virore admixto, ab initio cylindris dense stipatis non absimiles sunt; pleraque in media parte perforatae, sensim explicantur in satis amplas patellas, dupli margine, oblinitas; extus colore frondis in pedunculum scutellae convoluti. Non omnibus vero scutellis transitus ad pedunculum patet. Natura Lichenis subcoriacea tenax, intus albida.

*Locus.* Habitat in Pensylvania et Virginia, (Suecia?) Quercubus vel Junipero adnasci solet.

*Observatio.* Lichen *cylindricus* Linnaei, in amoenit. acad. vol. II. 264. et in decima ed. Syst. Nat. inter foliaceos locatus, quoad citatam Dillenii figuram, hujus loci omnino esse videtur, male postea cum proboscideo, umbiliato Lichene, alienissimo confusus. Qualis sit ejusdem nominis scopoliana planta, ignoro. Platisma a πλατύω dilato, late diduco, dictum. Quoniam nempe hujus generis Lichenes in frondein latam et foliosam expansi, vel depresso vel magis erecti crescunt, ita ut pleraque illae species antehac lichenoidae vel coralloideae vel pulmonariae dictae, sub hac denominatione comprehendи possint. Omnes enim foliacei et corniculati compressi Lichenes inseparabili nexo inter se cohaerent, et scutellas ad oras vel in superficie frondis gerunt.

#### Explicatio Figurarum.

Planta naturali magnitudine ad Jacquinii delineationem adumbrata, cui a pictore color, qualem in aqua veluti reviviscens offerebat, datus est.

a. Particula frondis ab inferiori nigricante facie conspecta.

#### T A B U L A XIII.

Fig. 2.

#### PLATISMA AMPULLACEUM.

Platisma *ampullaceum*, foliaceum lobatum crenatum; scutellis amplis vesiculosis.

Lichenoides tinctorium glabrum vesiculosum Dill. musc. 188. t. 24. f. 82.

Lichen *ampullaceus*, foliaceus planiusculus lobatus crenatus, peltis globosis inflatis Linn. Syst. veget. 14. 960. Sp. pl. 1613. Syt. pl. 538. Hudf. angl. 2. 542. Chlor. Lugd. 36. Jacq. Collect. 1. 117. t. 4. f. 3. c.

Folia, quam vulgaris Lichenis saxatilis, latiora sunt, non in lacinias angustas et oblongas, sed in latas et breves, crebro crenatas divisa, tenuia, utrinque glabra et pilis seu cirris destituta, altera parte subfuscata, altera ex purpureo nigricante, quorum basi et marginibus etiam scutellae adnascuntur pro plantae ratione magnae, vesiculosae, glabrae, foramine in summo parvo praeditae, multis rugis inaequales, cinerei extus, intus obscure purpurei coloris.

*Locus.* Rich. Richardson in pascuis montanis, Emmot-Pasture dictis prope Coln in Lancastriensi comitatu invenit raram et elegantem hanc speciem, petris adnascentem.

*Observatio.* Quum ipse raram ac ancipitem plantam obtinere non potuerim, descriptionem ejus a Dillenio factam adjeci.

*Explicatio Figurarum.*

- a. Delineatio hujus Lichenis ad unicum quod in herbario Muscorum Dilleniano exemplar est, a Jacquino concinnata, color quem in aqua veluti reviviscens offerebat.  
b. Dillenii hujus Lichenis adumbrationes.

T A B U L A XIV.

Fig. I.

P L A T I S M A S E P I N C O L A.

Platisma *sepincola*, foliaceum suberectum, laciniatum, castaneum; scutellis concoloribus.

Lichen *sepincola*, foliaceus, ascendens, laciniatus, suberectulus, glaber, superne castaneus, inferne lacunofus radicans; scutellis subterminalibus, planis, adnatis, castaneis: margine obsoleto, rugoso crenulato Ehrh. Beitr. 2. 95.

Lichen *sepincola*; foliaceus imbricatus, laciniatus, ascendens, castaneus; scutellis concoloribus Eym. Lich. 102. t. 17. f. 1. Hedwig, Stirp. crypt. vol. II. fasc. 1. 8. t. 2.

Cespitosus tenuis foliiformis truncus, varie et acute laciniatus, crenulatus, in pulvillum ex scutellarum copia saepe connexus. Superne in lineas rugosus, ceterum glaber, inferne pallidior et in trunculis medioocriter lacunatus. Colore aut castaneo in sicco et fragili natura, aut ex olivaceo virescenti in humido, mollis, tenax. Scutellae numerosae, lenissime concavae, saepius planae, aliquando convexae; concolores, margine saturatius colorati, laevi rugosoque, crenulato. Ubi convexa est scutella, inferior superficies in foveolam depressa, nigri puncti vetustate profundius fusci, intra substantiam, quae vasculosa alba, delitescentes, per superficiem frondis sparsi ex observatione cel. Hedwig flores masculi dicuntur. Semina per exigua fusca, intra thecam, operi filamentoso striato connato, disco scutellae immersam, latent.

*Locus.* Sepimentis, virgultis, arboribus et lapidibus increscere con-  
suevit. Upsaliæ prima vice 1773. a cl. Ehrharto, deinde etiam Hannoveræ,  
in Hercynia, Hollandia, Lipsiae a cel. Hedwig, Erlangæ a me variis locis,  
collecta.

\* *Explicatio Figurarum.*

Planta naturali magnitudine et recens depiſta.

a. Trunculus cum terminalibus ſcutellis, naturali paulo major figura.

b. Cefpes ſcutellarum penitus frondem obtegentium.



T A B U L A XIV.

Fig. 2.

PATELLARIA ALBO-CAERULESCENS.

Patellaria *albo-caeruleſcens*, calcaria; patellis albo-caerule-  
ſcentibus, nigro-marginatis.

Lichen *albo-caeruleſcens* Jacq. Collect. II. 184. t. 15. f. 1.

**C**rusta late effusa, ultra ſemilineam vix crassa, calcareæ indolis, in ſuper-  
ficie leproſa cohaerens, impalpabilis, arctiſſime ſaxo adnata; coloris in ſicci-  
tate lactei, denique incani. Patellæ copioſae, hinc inde confertæ lentiformes,  
planiusculæ feffiles, aut levifſime de crusta eminentes, orbiculares;  
colore ex ſchilteo caeruleſcenti, cinereo, margine tenui nigro cinctæ. Aqua  
irrigata, ex cinereo in virescentem tendit color, patellarum magis ſchilteus,  
marginis ater fit.


*Locus.* Frequens occurrit in ſaxis lapidibusque regionis montofæ.  
Primo f. rev. Abbas a Wulfen inter plantas Carinthiaæ indigenas obſervavit,  
et mecum pro ſua humanitate benevole communicavit.

\* *Explicatio Figurarum.*

Speciosum exemplar tranſumptum ex collect. I. c.

a. Lapidis fragmen ad naturam ſimul cum increſcente Lichene pictum.

b. Particula ad lentem modice augentem conſpecta.



## T A B U L A XV.

Fig. I.

## VERRUCARIA PURPURASCENS.

*Verrucaria purpurascens*, tenuissima laete purpurea, lineis fanguineis terminata; verrucis immersis concoloribus.

*Lichen marmoreus* Jacq. Collect. II. t. 13, f. 1. Scop. carn. 2. 1379.

**C**rusta vix nisi colore suo elegantissimo conspicua, late diffusa in insulas coloris vivide rosei, in kermesinum praesertim humectata crusta tendentis, quae per cinereum lapidem longe lateque regnant; plerumque lineis serpentinis altioris coloris vero terminantur; etiam maculas subcarneas pallentes efformant. Hae accuratius inspectae, praeter frequentissimas scrobes in lapide excavatas, stigmata alia permulta sanguinea, sparsa vel acervata, ostendunt, quibus, lente vitrea adhibita, insidentes verrucas convexas, saturatissimi fangiuei et floridi coloris, observabis; circuli a lapide eas subliniunt.

*Locus.* Per Carinthiae rupes calcarias f. rev. a Wulfen, ad rupes marmoreas Delphinatus cel. Latourrette.

*Observatio.* Colore plus minusve purpurascente vel roseo occurrit. Exemplar fere coccineo colore, praesertim si aqua aut oris halitu irrigatur,

debeo liberalitati cel. Latourrette, cuius etiam picturam adjeci tabulae sequentis fasciculi. In hoc observo stigmata et excavationes subtiliores ac in illa planta, quam a f. rev. Wulfen accepi.

## Explicatio Figurarum.

Figuram admodum elegantem collect. Jacq. insertam repetii, eique figuram propriam

a. Lichenis ad lentem observati modice augentem addidi.

## T A B U L A XV.

Fig. 2.

## VERRUCARIA ALBO-ATRA.

*Verrucaria albo-atra*, leprosa alba; verrucis nigris.

*Lichen albo-ater*, leprosus albus, tuberculis nigricantibus Enum. Lich. 30.

**C**rusta non crassa, a rimoſo cortice, quem obducit, inaequalis, leprosa; inficitate candida, minus conspicua et subcinerea, si aqua irrigatur, albore demum ex inficitate iterum redeunte. Verrucae copiosissimae, nigricantes, tenui farina quasi pruina obductae, exin color ac si caerulei quid admixtum effet; irrigatae statim nigrescunt iterum. Ad vitream lentem crusta ex parvis glebulis componitur, quarum permulta margine albido crassiore sublinitae, qui sensim tenuior fit, verruca in parvam scutellam, demum in convexum tuberculum adolescentem, margine obsoleto. Per senium crusta sensim evanescit, et nudas verrucas atras relinquunt.

*Locus.* Cortici inhabitat arborum rimoſo.

## Explicatio Figurarum.

Corticis rimoſi crustula, cui numerosae nigrae verrucae insident. Vetustior.

a. Particula e crustula albissima, qualis in inficitate esse solet. Junior.

b. Ad vitream lentem conspecta, et

c. alia junioris Lichenis particula, ex cuius crusta tubercula margine e crusta crassiori cincta propullulant, convexis quibusdam aliis, quae in priori adhuc tenui cinguntur margine.



## T A B U L A XVI.

Fig. 1.

## PSORA MURALIS.

*Psora muralis*, subfoliacea adpressa; foliolis lobato-multifidis; scutellis in centro congestis.

*Lichen muralis*, imbricatus flavo-virescens, scutellis concoloribus demum lutescentibus, margine pallido Schreb. spicil. 130. Enum. lich. 64. t. II. f. 1.

*Lichen ochroleucus*, Jacq. Collect. II. 192. t. 13. f. 4. a.

**I**n circulum expansa, margine subfoliacea: foliolis adpressis congestis, fixo vel ligno tenaciter adglutinatis, angustis, in lacinias divisis, apice crenatis, vel bi-seu trifidis, rotundatis saepius depressoſ. Scutellae copiosissimae in centro cespitis congestae, quem pene totum efficiunt, saepius pulvillum efforment, vel in media crusta deficiunt; figura et colore pro aetate mutabili; planae vel subconvexae, ex cinereo virides, lutescentes, ochroleucae, rufescentes, subfuscæ, margine tenui pallidiore cinctæ. Color totius plantæ juniores et madefactæ magis virescens, per aetatem et inficitatorem magis cinereus, folidus, ex ochreo lutescens esse solet. Natura sicca friabilis.

*Locus.* Vulgaris planta in tectorum tegulis, parietibus, muris, rupibus, in schisto, in lapide fabuloſo, aſſeribus trabibusque putridis adnasci solet.


## Explicatio Figurarum.

Sicca depingitur rosula naturali facie.

a. Foliola separatim picta, scutellis margine subcrenulatis,

b. vel integris.

c. Foliolum apice trifidum.



## T A B U L A XVI.

Fig. 2.

## S Q U A M A R I A C E N T R I F U G A.

Squamaria *centrifuga*, foliis subimbricatis, multifidis viridanibus; scutellis rufo-fuscis.

Lichen *centrifagus*, *imbricatus*, foliolis obsolete multifidis laevibus flavescentibus (albidis) centrifugis; scutellis rufo-fuscis Linn. Syst. nat. 720. Syst. veg. 958. Sp. pl. 1609. Fl. suec. 1045. Syst. pl. 531. Schreb. spic. 1125. Weis, 54. Leers, herb. 940. Gunn. norv. 568. Pollich, palat. 1097. Lightf. scot. 814. Hudf. angl. 530. Retz. prodr. 1345. Hagen, Lich. 67. Leyf. hal. 1138. Enum. lich. 78. t. 10. f. 3. Wild. berol. prodr. 1016. &c.

Lichen fronde semipinnata, rotunde lobata, crasse villosa, scutellis per amplis Hall. hist. 2015.

Lichenoides imbricatum viridans, scutellis badiis Dill. musc. 180. t. 24. f. 75. a. b. minus bon.

**E**foliis plurimis parvis, in orbem expansis, constat, quorum ea, quae interiori haerent, exterioribus minora sunt, imbricata, per ambitum eleganter crenata et quasi crispa, multifida, ultimo saepius deflexa. Color foliorum apud nos subviridis cum glaucedine (stahlgrün), vel si lignis adnascantur magis ex viridi flavescentis. Puncta nigra permulta iis immersa, praeter ea frequenter reperitur insignis proventus cylindrorum, ad lentem ramosi, subovati stipitati, olivaceo ocello muniti, dense stipitatum, quibus undique aspera redditur superficies. Interne folia sunt vel fusca vel nigra cirris brevibus sed nequiter adglutinata. Scutellae pro foliorum ratione, satis ampliae, in centrum cespitis congestae, rotundae, demum patulae, planae et irregulares, foris cum

foliis colore, intus rufo-fuscae, saepius cum admixto virore, etiam nigricantes. Est etiam ubi in eodem centro foliola elevata magna copia congeruntur, sed id ipsum, quod centro deficiant, iis cum multis aliis Lichenibus commune est.

*Locus.* Saxis grandioribus, etiam afferibus trabibusque apud nos adnascientem observavi.

*Observatio.* Lichenem foliis planis multifidis obtusis, laciniis linearibus, calicibus concavis Linn. flor. Lapp. 343. t. II. f. 2. a nostra diversum esse, quisque facile ex figura et descriptione ejus perspicet, nisi plantae in boreali regione eodem, vt multis animalibus accedit, modo coloris diversitatem exuant et cum albedine commutent. Saltem habeo ex Suecia specimina pallidiora, et substantia foliorum crassior est, neque superficies hirsuta ex illis cylindris.

## Explicatio Figurarum.

Hujus Lichenis rosacee expansus cespites, uti apud nos crescere et non raro occurrere, color qualis in sicco esse solet.

a. Lobulus foliosus.

b, c. Cylindri illi dense stipati, naturali et aucta magnitudine.

## T A B U L A XVII.

Fig. 1.

## VERRUCARIA RUFESCENS.

*Verrucaria rufescens*, leprosa subcinerea, verrucis rufescen-  
tibus rotundis.

*Verrucaria rufescens*, leprosa, tuberculis rufescientibus Obs. bot. 49.

**C**rusta nisi colore nigricante vix distinguenda, quo hinc inde per rupes maculas efformat irregulares. Verrucae aciculae capitis magnitudinem rarius superantes, sparsim per crustam sessiles rotundae, colore eleganter rufo vel fulvo. Substantia intus pallida, lapidea.

*Locus.* In rupibus calcareis montis nostri Streitberg occurrebat.

## Explicatio Figurarum.

Lapidis glebula, cum multis verrucis naturali forma ac colore pictis.

- a. Verruca ad lentem sueta a superiori facie;
- b. Alia decussa basi sua, ab inferiori spectata.

## Explicatio Figurarum.

*Patellaria rubra*, crustacea, albida, patellis rubris albido-crenatis.

*Lichen pallidus*, crustaceus albicans scutellis pallide rubris, margine albo crenato  
Enum. Lich. 50 t. 5. f. 2.

**C**rusta inaequali crassitie ex glebulis minutis, vel farina calcariae indolis conflata albissima, senescens subcinerea. Patellae, quae juniores albida granula exiguo foramine praedita, discum habent pallide carneum, rubrum, colore fabrilis rubricae, margine albido satis crasso a verrucis saepius crenulato, cinctum. Ceterum vel sparsae vel confertissimae proveniunt, crusta denique penitus obscurata.

*Locus.* In arborum corticibus rimosis, ad ligna sicca sepium ex affe-  
tibus factarum, rarius in cavis muris.

*Observatio.* Vulgo a L. subfuscō non fuit distincta haec species, nec  
alia ei nisi incerta synonyma competit.

## Explicatio Figurarum.

a, b, c. Patellae vario situ naturali magnitudine, insidente una crustae particula, mole auctiori  
picta.

## T A B U L A XVII.

Fig. 3.

## P S O R A S A X I C O L A.

*Psora saxicola*, subfoliacea calcarea; foliolis adpressis pulposis angustis flavis; scutellis concoloribus.

Lichen *murorum*, crustaceus imbricatus, foliis pulposis angustis luteis; scutellis concoloribus Enum. Lich. 63. t. 9. f. 2.

Lichen *candelaris* Jacq. collect. III. p. 124. tab. 6. fig. 1.

**C**rusta late effusa (in tectorum tegulis saepius palmaris) satis crassa, flava, subinde illa orbiculatim expanditur. Porro in foliola abit rugosa, oris divisus et ita lapidi adglutinatis, ut separari vix possint. Ceterum pulposa et obtuse lobata foliola, demum in pulverem efflorescunt et confluent. Scutellae confertae, numerosae, concolores, marginatae demum convexae et pulverulentae. Color ex flavo fit altior in scutellis saepius aurantiacus vel croceus, irrigata planta virescens, tamen praedominante flavo, ita ut rupes de longinquu luteae appareant. Natura friabilis, intus albida, per senium undique fere pulverulenta.

*Locus.* Vulgaris Lichen ad muros et saxa, etiam in tectorum tegulis, in schisto et rupe. Immixtae frequenter sunt vicinae species *L. parietinus* et *candelarius*.

## Explicatio Figurarum.

Saxi fragmen, cui innascuntur parvus et aliis major orbiculus, nativa magnitudine.

a. Alius coloris paulo saturioris, in schisti lamella.

b. Ramulus foliosus cum paucis scutellis ad lentem vitream conspectus.

## T A B U L A XVII.

Fig. 4.

## V E R R U C A R I A A T R O - V I R E N S.

*Verrucaria atro-virens*, leprosa; verrucis atro-virentibus.

Lichen *atro-virens*, leprosus viridis margine tuberculisque atris Linn. Syst. veg. 957.

Lichen *atro-virens*, leprosus ater, tuberculis viridibus confertis Sp. pl. 1607. Fl. suec. 1062. Retz. prodr. 1316. Huds. angl. 2. 525.

**O**biter inspecta crusta vix discernenda, inseparabilis nigricans, permultis tenuissimis flaventibus punctis conspersa; accuratius vero et per lentem conspecta, fit flavis plerumque rotundis vel polygonis planis particulis, inter quas non solum sparguntur nigrae depressae verrucae, sed etiam cuicunque particulae flavae adnascitur nigricans verruca, ovalis, disformis.

*Locus.* In Europae rupibus. Lichenem a cl. Ehrharto Upsaliae lectum debeo humanissimo viro, innascentem Lapii suecis *Grästen* dicto, spato so. Crustam tenuem observo ultimo in filamenta, ad lentem modo visibilia, educi, aliorumque Lichenum primordia immisceri.




*Observatio.* A geographico differt noster sparsis et minutissimis partibus, neque in lineolas continuatis.

*Explicatio Figurarum.*

Naturalis lapidis color ac magnitudo, cui Lichen noster inhabitat.

a. Particula ad lentem observata.



T A B U L A XVIII.

*Fig. 1—2.*

P L A T I S M A F R A X I N E U M.

*Platisma fraxineum*, foliaceum erectum rugosum, reticulatum; scutellis creberrimis pedunculatis.

Lichen *fraxineus*, foliaceus erectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacunofus glaber, scutellis subpedunculatis Linn. Syst. veg. 960. Sp. pl. 1614. Syst. p. 540. Fl. suec. 1091. Gunn. norv. 577. Schreb. spicil. 862. Weis, crypt. 72. Leers, herb. 964. Neck. meth. 105. Scop. carn. 2. 1383. Retz. prodr. 1362. Hudf. angl. 2. 541. Lamarck, franc. 83. Lighf. scot. 835. Hagen, lich. 96. Leyf. hal. 2. 1150. Wild. prodr. 1027. &c.


Musco-fungus quernus latifolius cinereus Morif. hist. 634. S. 15. t. 7. f. 14-3-4. med. Lichen pulmonarius cinereus mollior in amplas lacinias divisus Tournef. instit. 549. t. 325 a, b. bon.

Lichen pulmonarius rufescens, durior, in amplas lacinias divisus Mich. 74. t. 36. f. 1. operof.

Lichenoides longifolium, rugosum, rigidum Dill. musc. 165. t. 22. f. 59. melior.

Lichen utrinque lacunatus, fronde latissima, scutellis creberrimis Hall. hist. 1985.

Varia est amplitudine ab unciali ad sex usque uncias extensa, difformis, utrinque lacunatus, rugoso-reticulatus. Iuniorum plantarum folia, breviora angustiora lanceolata, parcus rugosa. Non multum ramosa tota planta, ex communi basi in plura segmenta divisa, saepius latere in angustissimas lacinias, ultimo in breves difformes acuminatos corniculos. Mollia in humido fiunt,



ubi siccā sunt rigescunt, expallescunt. Color in utraque facie e glauco virescens, dilute cinereus, per aetatem flavescens. Non aliis frequentiores scutellas profert, in utroque plano et ad marginem, etiam terminales. In principio verrucarum similes, sensim expanduntur, rotundae cavae, pedunculo e foliorum substantia praeditae, exterius folio concolores et rugosae, interius pallidiore fusco seu carneo colore, disco etiam rugoso. Substantia tenax.

*Locus.* Frequens est in sylvis montanis Germaniae, Galliae et Angliae, Fraxino non solum, sed Quercubus plerumque adnascitur.


*Explicatio Figurarum.*

1. Lichenis frondem fistit scutellis per amplis.
2. Aliam varie divisam, naturali ac recens depicta forma.




Tab. XIII.

1.



2.




Autor Dd.


Capieux sculps. 1790

*Tab. XIII. B.*

Dill. musc. t. 22. f. 5.




Dill. musc. t. 20. f. 42. B.



Dill. musc. t. 20. f. 42. A.



Dill. musc. t. 20. f. 44.



Autor. Del.

Camus. sculp. 1792.

*Tab. XIV.*

1.



2.



a





b



*Schist et Andes. Vol.*

*Cognac. Juillet 1790.*

*Tab. XV.*



Molin et Scour Del

Oriens sculp 1792

*Tab. XVI.*

1.



2.



*Autor Del.*

*Capitae fuligo 1790.*

*Tab. XVII.*

1.



*a*

*b*



2.




3.



*b*



4.



*Sturm & Auter. Del.*

*Copiou. sculp. 1790.*

*Tab. XVIII.*

1.



2.



*Autor Del.*

*Copressa scutigerina*

D e m

erhabenen und grossen Beförderer

der

W i s s e n s c h a f t e n

A L E X A N D E R

durchlauchtigsten Marggrafen zu Brandenburg

unterthänigst gewidmet

v o n

Georg Franc. Hoffmann,



## T A B U L A X I X.

Fig. I.

## VERRUCARIA CONFLUENS.

Verrucaria *confluens*, tartarea subcinerea; verrucis nigris  
impressis confluentibus.

---

Lichen *confluens* Web. spicil. 180. t. 1. f. 2. Dickf. Fase. 9.

Lichen *calcarius* γ. *confluens* Chlor. lugd. 34.

---


**C**rusta tartarea subcinerea, lineam et ultro crassa, late effusa, rimosa;  
diffracta albida. Verrucae aterrimeae in crustam coalescentes inque naturam  
Lichenis impressae, quod diffracta crusta optime conspicitur. Prima aetate  
punctum vel aequabilem maculam efformant, sensim modice tument insignio-  
res fiunt ad lentis magnitudinem, irregulares, denum confluentes, adeo  
saepius confertae, ut totam crustam obscurent. Accuratus inspectae margi-  
nem tenuem a crusta accipiunt eaque concolorum; discus sicca planta nitet  
subrimosus, inaequalis fit madefactus, diffractus aterrimus. Etiam varietates  
quaedam occurunt subrugosa magis et rimosa crusta, quae saepius tessellata,  
ad lentem quasi foveis excavata, ut in facie variolosa, observantur, praesertim  
in siccitate, verrucis proprio margine instructis, revera tamen non a priori  
dissentient.

*Locus.* Vulgaris in faxis et rupibus montis Bructeri, circa Andreasberg, ubi cl. Salzwedel legit, mihiique benigne communicavit. Etiam habeo a cel. Latourrette circa Lugdunum gallorum ad montes pagi Bello-jocensis lectam. In rupibus Angliae, in Scotia collegit cel. D. I. E. Smith.

*Explicatio Figurarum.*

Naturali magnitudine ac forma depicta sicca planta ex monte Andreasberg.

- a. Crustae fragmen ad lentem modice augentem.
- b. Varietas illa variolosa, cuius
- c. particula accuratius ad lentem observetur.
- d. Varietas alia a cel. Latourrette communicata minoribus ac confluentibus verrucis.



T A B U L A XIX.

*Fig. 2.*

P A T E L L A R I A S I L A C E A.

*Patellaria silacea*, tartarea silacea; patellis nigris in papillam elevatis.

*Lichen Oederi*, var. γ. Web. spicil. 183.

**C**rusta ad semilineam crassa, tartarea, sicca rimosâ, in areolas dehiscens, ex ochreo rufescens, ad colorem croci martis accedit. Patellae frequentes, hinc inde confertae, crustae adpressae, ex Schisti colore nigrae; tenui margine cinctae; in humido nitentes, ex siccitate omnis nitoris expertes, complanatae, donec vel per aetatem, vel humore irrigatae se efferunt et in mamillam abeunt convexam, quae accuratius inspecta papillam in centro gerit perforatam.

*Locus.* Innascitur Schisti rupibus montis Bructeri, non infrequens prope Andreasberg, unde etiam depictum specimen a cl. Salzwedel collectum habeo.




*Explicatio Figurarum.*

Fragmen lapidis penitus Lichenis crusta obductum.

- a. Particula ejus ad lentem conspecta.

Fig. 3. Siftit Lichenis purpurascens varietatem illam ad rupes marmoreas Delphinatus occurrentem, scrobiculis tenuissimis excavatam, coloris vivide rosei in kermesinum tendentis, quam cel. Latourrette pro sua in me liberalitate debeo.



## T A B U L A XIX.

Fig. 4.

## VERRUCARIA DENDRITICA.

*Verrucaria dendritica*, crustacea nigrescens dendritica; verrucis concoloribus.

**D**e pectita Crystalli superficie crusta inseparabilis verrucosa efflorescit, eamque exasperat, ultimo in filamenta super Crystallos educta, eleganter in ramulos quasi parva arbuscula divisa, quae nigricantibus seu plumbeis dendritis non dissimiles sunt, quod etiam aliis crustaceis Lichenibus fieri consuevit, politae ac durae superficie innascentibus. Intra Crystallorum recessus nidulantur confertae parvae verrucae, aequae nigricantes sed cum aliquo virore, ad lentem vitream quasi exiguo foramine pertusae vel excavatae, vel integerrimae observantur.

*Locus.* Crystallo quarzosae adnascitur et elegantes super eam dendritas exhibet. Depictum exemplar e montibus foresiacis etiam debo liberalitati cel. Latourrette.

*Observatio.* Originem ex regno vegetabili natura evincit crustae et verrucarum fabrica: prior humectata emollescit et deglubi potest, posteriores, quae Crystallum obscurant, dissectae, consimilem aliis verrucis structuram filamentosam ostendunt. Etiam aliorum Lichenum primordia Crystallo inspersa observabis.

## Explicatio Figurae.

Exemplar Crystalli naturali magnitudine pictum,  
a. ejusque partem fistit ad lentem speciatam.



## T A B U L A XX.

Fig. I.

## PATELLARIA FLAVOVIRESCENS.

*Patellaria flavovirescens*, crustacea, flavovirescens; patellis ochroleucis flavo marginatis.

*Lichen flavovirescens*, Jacq. coll. II. 230 t. 13. f. 4. b.

**C**rusta aquose ex flavo virescens crassiuscula tartarea glebosa, late per saxa diffusa, iisque tenaciter adhaerens. Patellae confertissimae iniquae figurae, discus ex ochreo luteus, fordidi coloris, dessicatione pallidior, convexus, margo tenuis subcrenulatus flavescentia.

*Locus.* Nudis in rupibus carinthiacis; f. rev. a Wulfen dictis locis prope Schmalzberge invenit raram speciem, et in Collectaneis I. c. depingi curavit, mihiique pro sua, qua abundat in me, liberalitate cum multis aliis rarioribus Lichenibus benevole misit.

## Explicatio Figurae.

Lapidis fragmen, cui innascitur Lichen, naturali magnitudine ac colore delineatus.

a. Particula, in qua per lentem melius patellarum crenae, saepius obliteratae conspicuerant.

## T A B U L A XX.

Fig. 2.

## VERRUCARIA OCELLATA.

*Verrucaria ocellata*, tartarea cinerea tessellata; verrucis ocellatis nigris.

**C**rusta late saxum tegit etiam ad pedis diametrum, satis crassa, tessellatum rimosa praesertim sicca, cinerea etiam diffusa, dilutior madefacta, rimis confluentibus. Verruae intra polygonias areas numerosae, nigrae aquabiles in naturam crustae impressae rotundae, marginem a crusta accipiunt tumentem, de quo maturae se efferunt verruae, et modice tument, non raro areolis de crusta etiam eminentibus.

*Locus.* Elegans haec species et distincta a consanguineis: scruposo confluente, aliisque Lichenibus, primo nascentem obtinui e montosis nostris regionibus prope Streitberg.

## Explicatio Figurae.

Saxum marmoreum crusta penitus obduatum.

a. Semote ad lentem picta ejus particula.



## T A B U L A XXI.

Fig. 1.

## PATELLARIA MUSCORUM.

*Patellaria Muscorum*, crustacea verrucosa, subfoliacea albida; patellis immersis lividis.

Lichen *Muscorum*, Enum. lich. 41.

**C**rusta pulverulenta cohaerens, granulosa muscis instrata, eorumque inaequalitates sequitur; denique subfoliosa, vel in medio cespite imbricata, undosa, alterne altior et depressior. Color calcis ad instar saepius caerulei quid vel sordide lutescentis admixtum habet; ex cinereo albescit etiam, vel plane cinereus est. Patellae juveniles granulosae exiguo livescenti foramine apertae, sunt planae disco sensim expanso, nigrescente, margine resecto quasi, quem a crusta accipiunt exteriorem, eaque concolorem, cinctae; tumque in pulcam crassiusculae crustae veluti impressae, parum ultra eam elevantur. Natura sicca et friabilis, semilineam circiter crassa.

*Locus.* Crescit in terra muscis plerumque substratis; in variis Germaniae ac Helvetiae etiam Galliae montosis, siccis locis. Pyxidati Lichenes invicem implexi saepius obiter insipientis oculos seducere possunt.


*Observatio.* Per multa cum Lich. scruposo communia habet, quare obscuram ad finitatem ab eo olim separare noluimus. Sed locus natalis, supra muscos continuo enim crescit, crustacea mollior non tartarea naturae compages,



quae in foliola abit undosa varie laciniata, speciei diversitatem, ut suspicor, confirmant. Deleatur igitur ad priorem Lichenem terrestris natalis locus, quum rupibus solummodo adnascatur. Lichen muscorum Weberi revera a nostro differt.

*Explicatio Figurarum.*

- a. Cespis juvenilis plantae.
- b. Crusta lutescens hinc inde et angustioribus foliolis veluti conflata.
- c. Aestate proiectior crista undosa, subfoliacea, cuius
- d. particula extensiōri magnitudine pingitur.
- e, f. Varietas imbricato-foliacea: foliolis ex junioribus scutellis punctatis; colore subcinerco. Misit cel. Latourrette.



T A B U L A XXI.

*Fig. 2.*

P A T E L L A R I A U P S A L I E N S I S.


Patellaria *upsaliensis*, crista ex alienis composita foliolis, verrucosa albida, patellae concolores punctatae.

Lichen *upsaliensis*, crustaceus foliolis subulatis striatis Linn. syst. veg. 958. Fl. suec. 2, 1073. Fl. norv. 562. Retz. prodr. 1344. Dickf. fasc. 12. t. 2. f. 7.

Patellaria Phytophil. Ehrh. 20.

Lichen *upsaliensis*, Enum. Lich. 56. t. 7. f. 1.

Singulari plantae crista est nivea cum subcaeruleo vel flavente colore, qualis in lacte est. Haec undique investit foliola tenuissimorum graminum, vel muscorum; in medio cespite granulosa, monticulosa, in extremo laxior, ex setis prostratis inaequalibus, coalitis fragilissimis, quae per alborem crista pelluent. Patellae in centro cespitis frequentes, confertae, juniores, globosae, umbilicatae, Perello tum temporis valde similes, a crista albida, colore saturatiori, levissime flavente, qualis in cremore lactis esse solet, discernendae; sensim vero explicatus discus scaber, hinc inde rimosus, inaequaliter convexus, undique vero punctatus fit, marginemque obtusum antea et crassum, nunc accipit tenuiorem, coloris ejusdem cum crista, vel albidioris. Infident etiam sparsim et solitariae patellae foliolis illis alienis.



*Locus.* In summis campi polonici jugis primum lecta Upsaliae. Provenit etiam in Germania, locis montosis, nec non in Angliae rupibus et faxis.



## T A B U L A XXII.

*Fig. 1—4.*

### VERRUCARIA CONTORTA.

#### *Explicatio Figurarum.*

- a. Cespes Lichenis juvenilis, naturali forma ac colore exhibetur.
- b. Particula crustae ad lentem observata.
- c. Aetate proiectior crusta.
- d. Patellae extensiōri forma pietae, ad lentem modice augentem. Color figurarum qualis in siccitate esse solet.

*Verrucaria contorta*, tartarea albida; verrucis spiraliter contortis.

*Lichen rupicola*, leprosus albidus, tuberculis albidis, spiraliter marginatis Enn. Lich. 23. t. 6. f. 3.


**C**rusta si adeſt, lacteo ſaepè candore, vel subcinerea, admodum tenuis, ex hac verrucae confertim emergunt, quarum aliae crasso margine contorto vel duplicato cinguntur, in medio disco ſubtiliter cavae; aliae planae fere, confluunt in angulatas a mutua compressione areolas, medio disco irregulari plumbeo vel livido; aliae magis eminent, marginem accipiunt cinereum vel albidum bis terve quaſi spiraliter contortum, medio disco umbilicato ſaepè obliterato; vel quodſi vicinam verrucam in gyrum ſecum coegerint, adparent permultis ſoveolis excavatae. Separatim juveniles ſi crescant, patellam ſimplicem aemulantur, versus interiorem nigricantem diſcum ſenſim eminentem ac confluentem. Detrita vel violata verruca, albida, calcarea ejus natura prodit. Crusta ſaepius nigricans, vel cinerea, ex aliena planta admifetur.



*Locus.* In plerisque Germaniae locis ad rupes et saxa provenit,

*Explicatio Figurarum.*

1. Varietas subcinerea verrucis eminentibus, propria crusta destitutis.
  - a. Verruca fœmota ad lentem pœctæ.
  - b. Confluentes verrucae, disco in duabus obliterato, auctiori magnitudine pœctæ.
2. Varietas laetæ crusta, ex qua emergunt verrucae.
  - c, d. Semote delineatae et auctæ verrucae.
3. Separatim crescentes verrucae, non raro simplici margine cinctæ.
  - e. Verruca ad lentem conspecta.
  - f. Confluentes aliae, extensiōri magnitudine.
4. In areolas confluentes verrucae;
  - g. ad lentem fœmota verruca observata.
  - h. Aliae disco plane detrito, aucta etiam magnitudine.



T A B U L A XXII.

*Fig. 5, 6.*

P S O R A T E S T A C E A.

*Psora testacea*, tartarea subsquamosa cinereo-virescens; tuberculis rufescentibus.


**C**espes foliaceus hactenus, quod folia habet multangula rotunde lobata, hinc inde dissecta, crassa, medio deprecta, oris tantum liberis, ex natura propria Lichenis albido colore oblitinis, supra potissimum madefacta ex cinereo virescunt, vel nigro pulvere, etiam senescentes squamæ, obducuntur; subtus albidus color emicat. Natura sicca, fragilis. Tubercula in disco vel intra cespites squamarum, conferta subrugosa, rufescentis vel ex rubro spadicei nitentis coloris.

*Locus.* Provenit in Europæ subalpinis rupibus. Etiam muscis innatatem habeo ex monte nostro pinifero.

*Observatio.* Foliola vel squamæ planæ rotundæ hinc inde sparsæ scuta aemulantur, in disco dehiscente substantia. Haereo, an ad nostram referri queat Lichen pulmonarius, saxatilis farinaceus, foliis brevibus, desuper e cinereo virescentibus, receptaculis florum rufis Mich. 94. t. 51. f. 2.

*Explicatio Figurarum.*

- 5, 6. Foliola hujus Lichenis plus minusve sparsa vel congesta naturali forma ac colore.
  - a. Cespes foliorum separatim cum tuberculis ad lentem pœctus.



## T A B U L A XXIII.

Fig. 1, 2.

## L E P R A L U T E S C E N S.

*Lepra lutescens*, pulverulenta verrucosa pallide sulphurea.



*Lichen lutescens*, pulverulentus, verrucosus sulphureus Enum. lich. 3.

**C**rusta inaequalis verrucosa, crassa, rimoso, denum confluens, aquabili farina lutescente vel pallide sulphurea undique conspersa; detrita vel violata crusta prodit ejus albida interior natura. Nigra tubercula hinc inde quidem crustae saepius interspersa sunt, sed ad alium Lichenem etiam pertinere possunt. Lenti vero sollicite subjecta crusta, cinerea inter eam corpuscula observantur eleganter ordinata.

*Locus.* Cortici rimoso inaequali arborum adnasci solet invicem saepius cum Fagineo Lichene mixta.

## Explicatio Figurae.

1, 2. Sistit corticis particulas crusta undique obductas, naturali forma ac colore.



## T A B U L A XXIII.

Fig. 3.

## PATELLARIA EXCAVATA.

*Patellaria excavata*, crusta tenuissima; patellis immersis excavatis.

*Lichen excavatus*, crustaceus obscure viridis; scutellis immersis excavatis Enum. lich. 47. t. 7. f. 4.

**C**rusta nudo oculo vix conspicua, ad lentem tamen pulverulenta. Ceterum in cortice squamoso rimoso, quae a pulverulenta crusta ex cinereo virescit vel nigrescit, rotundae foveolae vel in substantiam corticis immersae patellae, in cavitate albissimae adparent, margine etiam albido prominente annulato instructae. Juveniles contrahunt marginem, tumque umbilico non dissimiles sunt.

*Locus.* In tenui Abietis cortice squamatim dehiscente provenire solet.

## Explicatio Figurae.

Ramulus Abietis ex quo

a. Squamula ad lentem conspecta depingitur.

## T A B U L A XXIII.

*Fig. 4.*

## PATELLARIA VARIA

*Patellaria varia*, crusta ex patellis innumeris variis composita.

*Lichen varius*, Ehrh. plant. crypt. exsiccat. Dec. 7, 68.


**H**inc inde quidem leprosa crusta adparet, sed patellarum copia obfuscatur penitus. Patellae sessiles confertissimae ex cinereo virescentes, etiam lividae subfuscæ, margine tenui pallidiore cinctæ; facie et colore admodum variabili.

*Locus.* Ad ligna sicca sepium ex asperibus factarum.

*Explicatio Figurae.*

Secamentum undique patellis oblitum.

a. Ad lente modice augentem patellæ delineatae.



## T A B U L A XXIV.

*Fig. 1—7.*

## PLATISMA CORNUDAMAE

*Platisma Cornudamæ*, multipartito-dichotomum, apicibus subpalmatis, subtus tomentosum; foveolis impreffis.

*Lichen rufescens*, *Cornua Damae* referens Plum. fil. 142, t. 127, f. 1, 2.

*Lichenoides Damae cornua* referens, subtus spongiosum Dill. musc. 217, t. 29, f. 115.

*Lichen Damaecornis*, foliaceus multipartito-dichotomus glaber, apicibus subtus tomentosis, peltis marginalibus Schwartz prodr. 146.

**V**aria est latitudine. Nam habeo unciam et semunciam latum; superior facies alias glabra et plana, praeter superficiales lacunas; vel in medio depresso etiam carinata foliola, in arcum flexa, repetito in segmenta, *Damae cornua* magis, quam quaecunque alia species, imitantia, divisa, segmentis versus divaricationum angulos plerumque angustioribus, versus apices lateſcentibus, difformiter subpalmatis, vel bifidis. Orae marginis ſaepiffime contrahuntur. Color albidus vel cinereus cum aliquo flavescente virore; in angustiori juvenili varietate versus apices etiam fusco.

Ad latera et in planicie frondis scutellæ ſparſæ, ſeſſiles, orbicularis, planæ vel convexæ margine vix conſpicuo; fuſco rufefcentes, etiam obſcure fuſcae. Inferius totus *Lichen* ſcaber et tomentosus ex villo perbrevi ſpon-

Dd 2

giofo; a depressionibus subconvexus, subrugosus, ex ochreo lutescente vel ex nigro fusco colore; impressis, in hoc nudis tenuissimis poris, in illo foveolis seu potius scutulis, ut in Lich. sylvatico, albidis rotundis.

*Locus.* Plumierius circa saxa rivulorum asperionibus humentia, in Insula Sandominicana se invenisse refert; Dillenius in collectaneis Doodii et Bobarti observavit (cujus umbratilem figuram t. XXIII. f. 5. adjecimus). Prior e Jameica habuisse videtur, ubi etiam celebris et indefessus exoticarum plantarum indagator D. Olof Schwartz ipse collegit mihiique, cum multis aliis in prodomo designatis rarissimis Lichenibus, liberaliter misit.

*Explicatio Figurarum.*

1. Frondem intra chartas siccatam, integrum naturali colore ac forma ostendit.
- 2, 3. Aliam latiorem prona ac supina facie depictam.
- 4, 5, 6. Angustiorem vel potius juniorem illius varietatem.
7. Latiorem aliam a Commersonio in Insula Borbonica collectam, quam habeo ex collectione cel. Latourrette.

Tab. XIX.



Latour. Del.

Oscular. folio 179.

*Tab. XX.*

1.



2.



a



*Stann. Scl.*

*Cupritus frutis 1790.*

*Tab XXI*



*J. Sturm Del.*

*Copiar. folio. 123.*

*Tab. XXII.*



*Sturm Del*

*Grauer. folio 1790.*

*Tab. XXIII.*



*Plum. Det.*

*Cognac. Juillet 1770*



Sturm 184

Copious folio 1790.

DESCRIPTIO ET ADUMBRATIO  
PLANTARUM  
E CLASSE CRYPTOGAMICA LINNAEI  
QUAE  
**L I C H E N E S**  
DICUNTUR.

VOLUMEN SECUNDUM.

AUCTORE  
D. GEORG. FRANC. HOFFMANN  
MED. DOCT. MEDIC. PROFESSOR. PUBL. ORDINAR.  
HORTI R. BOTAN. PRAEFECTO, SOCIETATUM SCIENTIARUM GOTTING. LUGD. PHYSIOGR. LUND. HIST.  
NAT. PARIS. ALIARUMQUE MEMBR.



LIPSIAE,  
APUD SIEGFRIED LEBRECHT CRUSIUM,  
cI9CCLXXXIV.

SOCIETATI LINNEANAE LONDINENSI

E I U S Q U E

P R A E S I D I

I A C O B O   E D U A R D O  
S M I T H,

M. D.

H U N C   F A S C I C U L U M

D. D. D.

A U C T O R.

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMO

ET

CLEMENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

**CAROLO THEODORO,**

ARCHIEPISCOPATUS ET ELECTORATUS MOGUNTINI

NEC NON

EPISCOPATUS WORMATIENSIS COADIUTORI DIGNISSIMO ETC.

MUSARUM PATRONO

ET

IMMORTALI SCIENTIARUM ALTORI

H U N C F A S C I C U L U M

DEVOTE SACRAT

GEORG. FRANC. HOFFMANN.

CONSPECTUS TABULARUM

VOLUME II.

Tab. XXV.	Fig. 1.	<i>Cladonia cornuta</i>	-	-	<i>Lichen cornutus.</i>
Tab. XXV.	Fig. 2.	<i>Squamaria flygia</i>	-	-	<i>— flygias.</i>
Tab. XXVI.	Fig. 1; etl.	<i>Patellaria vitellina</i>	-	-	<i>— vitellinus.</i>
Tab. XXVII.	Fig. 2.	<i>—</i>	-	-	
Tab. XXVII.	Fig. 2.	<i>Usnea ochroleuca</i>	-	-	<i>— ochroleucus.</i>
Tab. XXVII.	Fig. 3.	<i>Umbilicaria vellea</i>	-	-	<i>— velleus?</i>
Tab. XXVII.	Fig. 1.	<i>Verrucaria ventosa</i>	-	-	<i>— ventosus.</i>
Tab. XXVIII.	Fig. 1, 2.	<i>Umbilicaria pustulata</i>	-	-	<i>— pustulatus.</i>
Tab. XXIX.	Fig. 4.	<i>—</i>	-	-	
Tab. XXIX.	Fig. 1-3.	<i>Cladonia subuliformis</i>	-	-	<i>— subuliformis.</i>
Tab. XXX.	Fig. 1.	<i>Usnea hirta</i>	-	-	<i>— hirtus.</i>
Tab. XXX.	Fig. 2.	<i>— florida</i>	-	-	<i>— floridus.</i>
Tab. XXX.	Fig. 3.	<i>Verrucaria granulosa</i>	-	-	<i>— granulosus.</i>
Tab. XXXI.	Fig. 1.	<i>Platisma denudatum</i>	-	-	<i>Lichenis chrysophthalmi varietas.</i>
Tab. XXXI.	Fig. 2.	<i>Coralloides globiferum</i>	-	-	<i>Lichen globiferus.</i>
Tab. XXXII.	Fig. 1.	<i>Squamaria rubina</i>	-	-	
Tab. XXXII.	Fig. 2.	<i>— pulla</i>	-	-	<i>— fuscus.</i>
Tab. XXXII.	Fig. 3.	<i>Patellaria vesicularis</i>	-	-	
Tab. XXXIII.	Fig. 1.	<i>Patellaria cerina</i>	-	-	<i>— cerinus.</i>
Tab. XXXIII.	Fig. 2.	<i>— candida</i>	-	-	<i>— candidus.</i>
Tab. XXXIII.	Fig. 3.	<i>Coralloides fragile</i>	-	-	<i>— fragilis.</i>
Tab. XXXIV.	Fig. 1.	<i>Cornicularia trifidis</i>	-	-	<i>— trifidis.</i>
Tab. XXXIV.	Fig. 2.	<i>Cladonia taurica</i>	-	-	<i>— tauricus.</i>
Tab. XXXV.	Fig. 1.	<i>Patellaria ferruginea</i>	-	-	<i>— ferrugineus.</i>
Tab. XXXV.	Fig. 2.	<i>Collema plicatum</i>	-	-	<i>Tremelloides.</i>
Tab. XXXVI.	Fig. 1.	<i>Platisma armatum</i>	-	-	<i>— aurantiacus.</i>
Tab. XXXVI.	Fig. 2.	<i>Squamaria fahlunensis</i>	-	-	<i>— fahlunensis.</i>

\* Tab.

Tab. XXXVII.	Fig. 1.	Collema marginale	Lichen marginalis.
Tab. XXXVII.	Fig. 2-3.	Vespertilio	— Vespertilio.
Tab. XXXVIII.	Fig. 1.	Platisma caperatum	— caperatus.
Tab. XXXVIII.	Fig. 1-3.	— crocatum	— croctus.
Tab. XXXIX.	Fig. 1.	Platisma caperatum	— caperatus.
Tab. XXXIX.	Fig. 2.	Patellaria decolorans	— decolorans.
Tab. XL.	Fig. 1.	— nebulosa	— nebulosus.
Tab. XL.	Fig. 2-4.	Squamaria ambigua	— ambiguus.
Tab. XLI.	Fig. 1.	Verrucaria sanguinaria	— sanguinarius.
Tab. XLI.	Fig. 2-4.	Peltigera crocea	— croceus.
Tab. XLII.	Fig. 1.	Platisma caperatum	— caperatus.
Tab. XLII.	Fig. 2-3.	Squamaria ambigua	— ambiguus.
Tab. XLII.	Fig. 4-5.	Peltigera crocea	— croceus.
Tab. XLIII.	Fig. 1-3.	Pfora decipiens	— decipiens.
Tab. XLIII.	Fig. 4-7.	Umbilicaria corrugata	— mesenteriformis.
Tab. XLIV.	Fig. 1-9.	Umbilicaria crinita	— proboscideus.
Tab. XLV.	Fig. 1-5.	Platisma aquaticum	— aquaticus.
Tab. XLVI.	Fig. 1-3.	Platisma fallax	— glaucus.
Tab. XLVII.	Fig. 1-3.	Platisma dissectum	— dissectus.
Tab. XLVIII.	Fig. 1.	Pfora lentigera	— lentigerus.
Tab. XLVIII.	Fig. 2.	Pfora citrina	— citrinus.

## T A B U L A XXV.

Fig. I.

## C L A D O N I A C O R N U T A.

*Cladonia cornuta*, subsimplex tubulata, caule ventricoso, apice subulato, tuberculato.

Coralloides vix ramosum, scyphis obscuris Dill. musc. 90. t. 15. f. 14. A — E.

Lichen cornutus, scyphifer simpliciusculus, subventricosus, calycibus integris Linn. Syst. veg. 963. Syst. pl. 553. Fl. suec. 1115. Leers. herb. 986. Web. spic. 214. Lightf. scot. 875. Hagen. lich. 109. Relh. cant. 437 etc.

**V**aria ludit figura ut plerique hujus generis. Crusta foliacea, indeterminata crispa, saepe imbricata, superne cinereo-viridis, inferne albida, etiam terrea pulverulenta; ex hac cornicula creberima, recta, vel plus minusve inflexa, modo laevia, modo villoso pulvere vestita, colore incano, ex glauco cinereo et subvirente in recenti. Cornicula haec surgunt lente conica vel ex angustiori basi in medio ventricosa, apicem versus acuminata, vel aequali latitudine, apice modo acuto, integerrima ceterum, quandoque bifurcata et subinde versus basin in ramos divisa, uncialia fescuncialia, intus cava, ad latera saepe aperta. Praeter haec in aliis tenuioribus et magis cylindricis obtusis, albido-flavescensibus, apparent coccinea tubercula, vel in scyphos quasi ampliata cornicula fungosis fuscis tuberculis obsita.

TABULA

Vol. II, Fascic. I.

A

*Locus.* Passim in ericetis inque arborum putrescente cortice non infrequens, intermixtis aliis consumilibus.

*Observatio.* Cladoniae nomen iis imponit Lichenibus radicentibus ravis, tuberculis saepissime terminatis.

*Explicatio Figurarum.*

Cespes pingitur ligno putrescente innascens.

- a. *Cornicula* juniora e disco foliorum surgentia, inter haec alia acuta, alia spicata truncata et quasi inflexa.
- b. *Cornicula* arcuatim flexa vel curvia, recta ut *izadiensis*.
- c. *Cornu* bifurcatum.
- d. *Cornicula* in scyphum quasi ampliata tuberculisque subfuscis margine obsita; alia litui instar reflexa, apiceque contracta et truncata, undique foliosis squamis obducta et e dorso prolifera.

T A B U L A XXV.

*Fig. 2.*

S Q U A M A R I A S T Y G I A.

*Squamaria Stygia*, foliis subimbricatis multifidis palmatis recurvis atris.

*Lichen stygius*, imbricatus, foliolis palmatis recurvis atris Lin. syst. veg. 959. syst. pl. 533. Fl. suec. 1079. Gunn. norv. 550. Retz. scand. 1350. Enum. Lich. 75. t. 14. f. 2.

**A.** L. omphalode et fahlunensi distinguenda planta e foliolis linearis-multidis, repetito per dichotomiam divisis composita, in orbem quasi sed irregularem expansa. Foliola congesta et imbricata, apicem versus nitida subconvexa palmata recurva: laciniis extremis bifidis vel emarginatis obtusis; superior facies ex castaneo atra, nescio tamen quid purpurascens admixta habet; inferior medium versus aterrima, sensim vero ex nigro in fuscum diluta, nigris cirris etiam in extremis foliorum finibus radicata. Scutellae numerosae, planiusculae orbiculatae, foliolis concolores, concaviusculae juiores; margine quasi contracto et crenulato, demum amplissimae, iniquae



figuræ: incisæ lobatae crenulatae. Substantia in siccitate diffracta interne albida.

*Locus.* In rupibus et petris Norlandiae, Scandinaviae, Sueciae, in primis in insula Baltici Blâkulla.

*Explicatio Figurarum.*

Hujus Lichenis expansus in orbem quasi cespes, qualis in Suecia collectus mecumque benignus a cl. Ehrhart communicatus siccus apparebat.



T A B U L A XXVI.

*Fig. 1.*

T A B U L A XXVII.

*Fig. 2.*

P A T E L L A R I A V I T E L L I N A.

Patellaria *vitellina*, crusta leprosa vitellina, patellis concoloribus.

*Lichen vitellinus*, Ehrh. plant. crypt. exsicc. dec. XVI, inf.

In superficie putrescentis afferis nigrescente, leprosa ad lentem granulosa crusta adparet eleganter vitellina, quae patellarum copia ejusdem coloris undique obsita est. Patellæ planiusculæ sunt plus minusve orbiculares, disca et margine obtuso, luteo. Aetate crusta, ab initio tenuiter sparsa, crassior fit, rimosâ verrucosa; haec tenus affinis priori, sensim vero luteus color obscuratur, patellæ impressæ quasi in naturam crustæ, vel tamen parum elevatae confertæ, partim lividae, partim subfuscæ fiunt, tumque tenui ac criso, luteo tamen margine cinctæ, figuræ iniquæ, exceptis junioribus, intermixtis forma priorum.

*Locus.* Ad ligna sicca sepium ex afferibus factarum.



*Explicatio Figurarum.*

Tab. XXVI. Fig. 1. Secamentum ligni undique tenui crusta ac patellis obtutum.

a. Particula ad lentem observata.

Tab. XXVII. Fig. 2. Secamentum esseri crassiori crusta, et impressis magis in eam patellis, naturali forma depictum.

a. Particula ubi patellae penitus subfuscæ apparent.

b. Alia vettusior et in verruculas quasi elevata crusta, quae colorem luteum plante in nigricantem mutaverit.

T A B U L A XXVII

Fig. 2.

U S N E A O C H R O L E U C A.


*Usnea ochroleuca*, filamentosa erecta dichotomo-ramosa; ramis divaricatis, apicibus furcatis nigris.

Lichen *ochroleucus*, filamentosus, dichotomo-ramosus, teres, erectiusculus, inarticulatus innans ochroleucus; ramis divaricatis: apicibus furcatis nigris. Ehrh. Beltr. 3. p. 82.

**C**auliculi implexi teretes, dichotomo ramosi, farinaceis tuberculis hinc inde efflorescentes, vel incrassati prope divaricationes, in plures ramos divaricatos sensimque tenuiores valgiter divisi et subdivisi, ultimis finibus capillaceis, furcatis nigricantibus. Substantia in sicco rigiduscula, madefacta flexilis, intus albida medulla farcta. Superficies glabra subnitens. Color ochroleucus, seu ex pallide flavo in viridem tendens.

*Locus.* In summis Harcyniae montosis cl. Ehrhart legit mecumque benigne communicavit.

*Observatio.* Non recedunt quoad descriptionem: Lichen fruticosus levis diffusus ramosissimus flavus, ramulis liventibus Hall. hist. 1964, et Lichen *pallidus*, fruticulosus ramosissimus pallide sulphureus, ramis amplexis spicis viridi-nigricantibus, farinoso-tuberculatis. Retz. prodr. scand. 1417.



*Explicatio Figurarum.*

Usneae cespes naturali magnitudine. Color exhibetur ad exemplar intrâ chartam siccatum.

a. Ramuli spicis ad vitream lentem conspecti.



T A B U L A XXVI.

*Fig. 3.*

U M B I L I C A R I A V E L L E A.

Umbilicaria *vellea*, superne glabra, subitus hirsutissima, margine crinita.

? Lichen *vellea*, umbilicatus, subitus hirsutissimus Linn. syst. veg. 962. Syst. pl. 548. Fl. suec. 1103. Retz. scand. 1380. Gunn. norv. 555 etc.

Lichen polyrhizus, umbilicatus, polyphyllus superne glaber, inferne niger et cirrosus. Lightf. scot. 864.

Scalopodora Phytophil. Ehrh. 80.

Folia in meis exemplaribus umbilicali radice carent, concaviuscula, uncialia biuncialia, subrotunda, per margines in varias lacinias plicatas rotundatas divisa et cirrosa. Facies superior glabra, hinc nigris granis semiglobosis, in substantiam folii saepius impressis, et ad vitream lentem eleganter ac varie contortis, inde tenuissimis punctis conspersa. Color ex rufo vel cinereo fusco-fuliginosus. Facies prona aterrima et hirsutissima seu cirris brevibus atris (ad vitream lentem arbuscula quasi ramosa et implexa) dense undique obducta. Cirri ultra folii margines continuo prominent; si explicantur granula contorta hisce admodum similia fiunt, arbuscula nempe ramosa. Substantia coriacea, in siccitate rigida, madefacta mollior ac flexilis.



*Locus.* Depicta exemplaria debo liberalitati cl. Ehrhart Upsaliae lecta.

*Observatio.* Dillenii figura a Linnaeo aliisque sub hoc nomine citata, multis modis, ut nihil de magnitudine et cirrorum marginalium defectu dicam, satis superque a nostra differre videtur.

---

*Explicatio Figurarum.*

a. Simplex folium in siccitate piatum innumeris pertusum nigricantibus punctis, a superiori et

b. ab inferiori facie.

c. Aliud tuberculis seu granis conspersum, cuius

d. particula ad lantem aucta.

e. Tuberculum simplex ad lantem magis augentem conspectum, nodorum e lata equina inter confectionum varie textum.



T A B U L A XXVII.

*Fig. I.*

V E R R U C A R I A V E N T O S A.

*Verrucaria ventosa*, tartarea glebulosa flavescentia; verrucis marginatis cruentis.

*Lichen ventosus*, leprosus flavus tuberculis rubris. Einn. syst. veg. 957. syst. pl. 526. Lightf. scot. 806.

*Lichen flavescent*, crustaceus verrucosus flavescentia, sentellis rubris margine albo. Linn. syst. veg. 958. Jacq. misc. 2. p. 79. t. 9. f. 1.

*Lichen cruentus*. Web. spic. 184. t. 1. Leyf. hal. 2. 1137.

Chlor. lugd. 34. Roth. germ. 47.

*Lepadolemma Phytophyl.* Ehrh. 30.

**C**rusta late diffusa crassa verrucosa rimosa, ex glebulis aliis majoribus convexis, aliis minoribus granulosis dense conflata, lineam et ultra crassa, a lapide in frusta absindenda; recens flavo-virescens, aetate color sordidus ex ligneo glaucus fit. Basis crustae etiam transversim sectae ultra medium partem albissima. Verrucae rubrae cruentis sanguinis colore, nitentes, ubique per crustae superficiem sparsae, planiusculae depressae irregulares, minores tamen orbiculatae, margine tenui plerumque crustae concolore, in quibusdam albicante cinctae. Per aetatem etiam in siccitatem verrucae colore magis ex nigricante sanguineo tinctae, hinc inde etiam convexae fine margine. Nigricantia ocella hinc inde sparsa, et cum glebulis elevata.



*Locus.* In Alpium rupibus et summis montosis Germaniae: Hercyniae Carinthiae, Sueciae, Angliae et Galliae.

*Observatio.* Exemplaria depicta ad saxa montis Bructeri in Hercynia a cl. Ehrhart lecta nequidquam differrunt a ventoso Linnaei in Suecia lecto ut viva planta edocemur, ideoque planta eadem, nomina diversa.

---

*Explicatio Figurarum.*

- 1. Crustae fragmen nativa forma ac colore.
  - a. b. Glebulae ad lentem vitream conspectae.
  - c. Particula crustae obscurioribus verrucis.
  - d. Annosior Lichen, naturali forma.
- 



T A B U L A XXVIII.

*Fig. 1—2.*

T A B U L A XXIX.

*Fig. 4.*

U M B I L I C A R I A P U S T U L A T A.

*Umbilicaria pustulata*, superne furfure nigro adsperso, subtus lacunosa.

Lichen crustae modo faxis adnascens, verrucosus, cinereus et veluti deusitus. Vail. parif. t. 20. f. 9.

Lichen pulmonarius sextilis, inferne reticulatus et lacunatus, superne cinereus ac verrucosus, receptaculis florum et seminibus nigrantibus. Mich. gen. 89. ord. 18. t. 47.


Lichenoides pustulatum cinereum et veluti ambustum. Dill. musc. 226. t. 30. f. 131.

Lichen fronde cinerea, inferne lacunata, arboreus superne nigris. Hall. hist. 1996.

Lichen *pustulatus*, umbilicatus folio coriaceo suborbiculato, libero, marginibus lacero-lobato; supra cano-cinerascente, pustulis inflatis papilloisque obsito; fascia marginali atra ex surculis coralloideo-racemosis; subtus cinereo-fuscescente ex lacunis subreticulato. Wulf. Jacq. coll. 2, 188.

Lichen *pustulatus*, umbilicatus, subtus lacunosus, furfure nigro adspersus. Linn. syst. reg. 809. Syst. pl. 549. Fl. Suet. 1107. Gort. belg. 310. Gunn. norv. 552. Pollich. palat. 1120. Neck. meth. 75. Leers. herb. 979. Weber. spicil. 260. Fl. dan. 597. f. 2. Retz. scand. 1382. Hudf. angl. 2. 549. Lightf. scot. 858. Allion. ped. 2571. Chlor. lugd. 36. Leyf. hal. 2, 1159. etc.

**S**cutiformi tophaceo et brevi pediculo folium faxis adnatum, jam solitarium, jam aggregatum, concaviusculum rotundatum, per margines in segmenta rotunda breviora et latiora divisum, vel profundius incisum crenulatum. Facies superior ex albido vel incano cinerascens, ad marginem fuliginosa, in hu-



mido sordide virescens, innunteris inflatis convexis oblongis rotundis, interdum medio depresso pustulis obsita, circa umbilicum et versus marginem pendentim minoribus. Vitro inspectae granulosae sunt et aspredine quadam excise, quae granula in medio umbilico confertissima absque lente conspicua. Praeterea in junioribus late oram occupant confluentes glomeruli aterrimi furfuracei, in adultioribus sparsim per superficiem dispositi; ad lentem nigerimae arbusculae sunt, ut in solitariis videre est, stipe instructae, apice arbusculi instar racemoso-ramulosae, crispa.


Scutellae in hoc lichene rarissime occurrunt, tamen in maximis palmariis speciminibus adsunt, orbiculares interpositae pustulis, nigrae, planiusculae, margine tenui concolore cinctae. Facies prona nigricans, ambusla quasi versus marginem hinc inde e cinereo caerulescens, glabra, nullis radiculis praeter medium pediculum donata, tota lacunata, reti eminente (ad lentem eadem aspredine excisa ut pustulæ) ex interceptis foveis, quae superioribus pustulis respondent, intus atris. Substantia in siccitate fragilis, intercepta inter utramque paginam albida medulla, madesacta coriacea flexilis.

*Explicatio Figurarum.*

Tab. XXVIII. 1. Ex maximis specimen, a superiori facie et intra chartam siccatum depictum, in quo scutellæ

a. per frontem sparsæ facile observantur. Debo cl. Ehrhart ex iis hec, quæ Upsaliæ leges cum scutellis ab eo collecta, vide cl. viri Beitiæ. Vol. 5. p. 57,  
2. Facies ejusdem speciminis inferior.

Tab. XXIX. Fig. 4. Lichen noster magnitudine ac forma magis obvia, color qualis humectatus prodire solet, a superiori parte depictus.



T A B U L A XXIX.

*Fig. 1-3.*

C L A D O N I A S U B U L I F O R M I S

Cladonia *subuliformis*, simplex tubulata, caule adscidente tereti filiformi-subulato, candido.

Lichen *subuliformis*, fruticulofus tubulosus, filiformi-subulatus, simplex, cespitosus, adscendens, laevis, albifimus, ramulis paucissimis, brevissimis, saepe nullis. Ehrh. Beitr. 3. p. 82.

Lichen *vermicularis*, fruticulofus diffusus teretiusculus subulatus subramosus candidus, tuberculis lateralibus globosis. Dickf. fasc. 2, 23. t. 6. f. 10.


Credas cum taurico Wulfenii eandem esse speciem proxime describendam, caulum vero simplicitate ac tenuitate, ut nihil dicam de niveo candore, differre aliquomodo videtur. Cespæ ex caulinis sine ordine implexis, vel simplices tubuli muscis intertexti, varia longitudine, teretes, lineares flexuosi, sensim acuminati, basi simplices, apice quandoque sed rarius bifurcati; brevissimi hinc inde laterales ramuli excurrent, saepe tuberculis, ad latera fitis non absimiles. Color in siccitate albifimus. Substantia intus cava, fragilis in secco, tenax ac flexilis humectata. Senescens vel destruncta planta, etiam basis tubulorum fit cinerea.



*Locus.* In summis montosis, alpinis Sac. Scot. Germaniae, Hercyniae  
legit depicta exemplaria cl. Ehrhart.

*Explicatio Figurarum.*

1. Muscis intertexti caulinuli, semipedales non raro.
2. Extricati allii simplices.
3. Cespes ramulorum, nativa forma ac habitu.



T A B U L A XXX.

*Fig. I.*

U S N E A H I R T A.

*Usnea hirta*, filamentosa erecta ramosissima, verrucosa.

*Usnea vulgarissima* tenuior et brevior sine orbiculis. Dill. muse. 67, t. 13, f. 12.  
*Lichen barbatus*, teretibus cauleulis, ramis simplici parallelis. Hall. hist. 1973.

*Lichen hirsutus* filamentosus ramosissimus erectus, tuberculis farinaceis sparsis. Linn. syst. veg. 964.  
Syst. pl. 560. Fl. suec. 1128. Gunn. norv. 572. Gort. belg. 314. Weil. Gott. 101.  
Pollich. palst. 1132. Neck. meth. 69. Leers. herb. 999. Hud. angl. 2, 560. Lightf.  
fot. 895. Hagen. lich. 137. Leyd. hal. 2, 1173. Allion. ped. 2595. Chlor. lugd. 37.  
Reh. cant. 440. Roth. germ. 516. Schrank. baier. Fl. 1561. Baumgarten. lipl. 1450 etc.

**A** sequenti (L. florido) differt praecipue colore dilutiori e cinereo viridi vel flavescenti albido, nec non crescendi modo. Ex lignosa basi rami confertissimi et densi exeunt, juniores ex communi basi numerosiores breviores, secundum longitudinem; adultiores paulo supra eam magis divaricati et diffusi, ramulis tenuibus serpentinis teretibus undique brachiati, fibris capillaribus rectis obducti.

Variat magnitudine. Alii enim uncales ad ligna arida et exsucca, magis conglobati. Alii majores saepe undique farinosis tuberculis seu verrucis peni-



tus obdecti et parum ramosi. Ceterum cottex farinaceis et exiguis tuberculis vel proliferis fibris scaber, articulatim rumpitur, filo per medium ducto albidu-  
do tenaci. In humido planta mollis, in siccitate rigidior, tamen flexilis.

*Locus.* Ad truncos arborum, in omnibus sylvis, dumetis, sepibus annosis  
ubique obvia, etiam supra faxa et rupes.

*Explicatio Figurarum.*

Planta adultior, naturali magnitudine.

a. Corticis particula in articulos disrupta, ad lentem.

T A B U L A XXX.

*Fig. 2.*

U S N E A F L O R I D A.

*Usnea florida*, filamentosa ramosa erecta, orbiculis radiatis.

*Muscus ramosus floridus.* Tabern. 808.

*Muscus arboreus cum orbiculis.* C. B. pin. 361.

*Musco-fungus arborum capillaceus;* scutis amplis per ambitum pilis radiatis. Moric. hist. 3. p. 635.  
t. 7. f. 4.


*Lichen capillaceus ex cinereo rutilo,* receptaculis florum subcineris et barbatis. Mich. gen. p. 72.  
t. 39. f. 5.

*Usnea vulgarissima* tenuior et brevior cum orbiculis. Dill. muse. 69. t. 13. f. 13.

*Lichen barbatus,* ramis teretibus, surculis parallelis simplicibus, scutellis radiatis. Hall. hist. 1972.

*Lichen floridus,* filamentosus erectus, scutellis radiatis. Linn. syst. veg. 965. syst. pl. 561. Fl.  
suec. 1130. Hort. cliff. 477. Gort. belg. 314. Gunn. norv. 739. Leers herb. 1000. Pol.  
lich. pal. 1134. Weis, crypt. 102. Scop. carn. 1359. Neck. meth. 69. Hudsi. angl. 29  
560. Retz, scand. 1415. Chlor. lugd. 37. Allion ped. 2597. Lightf. scot. 897. Relh.  
cant. 897. Wild. berol. 1035. Roth, germ. 514. Schrank, baier. Flor. 1559. Baumg.  
lips. 592. etc.

**C**olor magis obscure et ex coeruleo viridis, in crassioribus ramis rutilus,  
pro portione plantae magnis, parum ceterum ramosis teretibus rectis, fibris  
capillaribus horizontalibus dense obductis. Orbiculi terminales, superne laeves  
concavisci, pallidi, flavescentes, per ambitum fibrillis sat longe protensis ra-  
diatim obvallati, saepius etiam ex inferiori pulverulenta virescenti convexa parte  
oriundis, iterumque ramosis vel fibrosis praesertim ramulo, cui insidet orbiculus,



in reflexam et longam fibrillam educto. Magnitudine saepe unciali diametro occurunt. Farinosis tuberculis uti prior exasperatus, et articulatim discedit cortex.

*Locus.* In sylvis ad Fagorum, Quercum corticem, ad rupes etiam et faxa non infrequens.

*Observatio.* Alii pro varietate habuere prioris, alii sexu ab eo differre scribunt. Vires praecedenti et florido adstringentes tribuunt. Usneas non male in articulatas et inarticulatas seu intus cavas separari posse bene monuit cl. Ehrhart (Beitr. 3. p. 83.)

*Explicatio Figurarum.*

Planta magnitudine ac habitu naturali.

a. Corticis particula in articulos fistula, et ad lentem observata.



T A B U L A XXX.

*Fig. 3.*

V E R R U C A R I A G R A N U L O S A.

Verrucaria *granulosa*, farino-granulosa albida, verrucis fusco-carneis sessilibus.


Kichen *granulosa*, Ehrh. plant. crypt. dec. 15. 145.

**G**ranulosa crusta nudis oculis quasi farina terrae inspersa adparet, ad lentem ex innumeris albidis granulis hinc inde virecentibus, cohaerentibus composta, quibus immixtae sunt verrucae convexae, rotundae, oblongae, sparsae vel confertae, hinc inde aliae subsidentes lividae scutelliformes observantur. Color plus minusve ex carneo vel subfuscō in rubrum vergit. Substantia carnosa.

*Locus.* Terrae instratam Hannoverae legit cl. Ehrhart.

*Explicatio Figurarum.*


Glebula hujus plantulae naturali forma ejus particula ad lentem piata extensior paulo naturali forma.



1.



2.



*Actin. Vol.*

*Caryophyllaceae*

1.




a



2.



3.



d




b

Sturm. Del.

Ostwald. Sculp. 1791.

*Tab. XXVII.*

1.



2.



J. Stern del.

Bonner folio 173

*Tab XXVIII.*

1.



2.



*J. Sturm del.*

*Copious sculp. 1791.*

Tab. XXIX.



*Tab XXX.*

1.



2.



3.



*Lichen. folia. 181*

*Lichen. folia.*

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

S. R. I. PRINCIPI AC DOMINO

D O M I N O

# FRANCISCO LUDOVICO,

DEI GRATIA

EPISCOPO BAMBERGENSI ET WIRCEBURGENSI

FRANCIAE ORIENTALIS DUCI ETC. ETC.

DOMINO DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO,

DE PUBLICA SALUTE BENEMERENTISSIMO


MUSARUM OMNIUMQUE ARTIUM AC SCIENTIARUM

PATRONO

## H U N C F A S C I C U L U M

DEVOTE SACRAT

GEORG. FRANC. HOFFMANN.



## T A B U L A XXXI.

Fig. I.

## P L A T I S M A D E N U D A T U M.

*Platisma denudatum*, foliaceum suberectum laciniato-laceratum, scutellis denudatis fulvis.

Lichenis *chlorophthalmi* varietas. Jacq. collect. I, 117. t. 4. f. 3, a, b.

Cespites uncialis siccuncialis ex una radice multiplex, in plures caulinulos laceratos expanditur. Cauliculi caeterum suberecti sunt et implexi, compressi lacunati: laciniis apice subdivisis, angulis rotundatis dilatatis; apice et margine sine ordine in tenues et spinosissimae lacinulas abeunt; inferius substriati ex rugositate, vel canaliculati. Color in madefacta planta ex cinereo virescens, in secca potius ex flavescente cinereus. Substantia rigidiuscula solida, aqua irrigata flaccescit. Scutellae terminales liberae, frequentes in ramulis crassioribus, concaviusculae vel planae, varie flexae, margine quidem cinctae, sed in minoribus tantum integro, in reliquis vel undulato vel denticulato; ciliatis hinc inde denticulis brevissimis. Color disci desuper ex aureo fulvus siccus, inferne rugoso-lacunosus cinereus, foliorum quasi propago.

*Locus.* Ex America septentrionali primum accepit D. Pott, archiater brunsvicensis, cui etiam grato animo depicta exemplaria debo. De jacquiniana planta non est cur amplius dubitem. Exemplaria enim ejusdem Liche-

nis ad Cel. Sibthorp missa fuere a D. Port, illaque ipsa delineata a D. Jacquin.  
Lichen *chrysophthalmus*, foliaceus subimbricatus linearis lacerus ciliatus, pel-  
tis elevatis radiatis fulvis Linnæi, quoad definitionem valde ad hunc accederet,  
sed etiam ad Lichenem nostrum armatum.

*Explicatio Figurarum.*

Integer celipes naturali forma ac magnitudine colore, qualis paulum aqua irrigato Lichen  
prodibat, depictus.

a. Ramulus solitarius, ad normam jacquinianæ figuræ ope lentis modice augmentis delineatus.

Lichen fruticosus, coralloides, non tubulosus, cinereus, ramosissimus, receptaculis florum sphæ-  
ricis, concoloribus Mich. gen. 103. t. 39. f. 6. (mediocr. et nimis crassa).  
Coralloides cupressiforme, capitulis globosis Dill. musc. 117. t. 17. f. 35. (mediocr.)  
Lichen *globiferus*, fronde tereti ramosa; tuberculis globosis cavis terminalibus Neck. meth. 67.  
Lichen *globiferus*, fruticulosus solidus ramosissimus: ramulis teretibus acutis furcatis; tuberculis  
terminalibus globosis Hudf. angl. 2, 558. (var. *b.* L. *fragilis*).  
Lichen *fragilis* globiferus Web. spicil. 258. 7.  
Lichen *globiferus* Ehrh. plant. crypt. exsicc. dec. 2, 20.  
Lichen *globiferus*, fruticulosus solidus laevis, tuberculis globosis cavis terminalibus Linn. syst.  
veg. 963. Syst. pl. 556. Retzius, seand. 1403. Lighif. scot. 887. Roth, germ. 514. Schrank,  
baier. Fl. 1558.


T A B U L A XXXI.

*Fig. 2.*

CORALLOIDES GLOBIFERUM.

Coralloides *globiferum*, ramosum solidum: ramulis globiferis,  
latere fibrillosis.

Cespites saepius palmates depresso, ex fruticulis ramosis adscendentibus com-  
positi, colore in recenti e cinereo glauco vel viridante, per aetatem et infe-  
rius magis cinereo seu arenaceo, etiam hinc inde ex fulvo obsolete albidente.  
Superficies glabra. Rami majores divaricati sesqui- vel bipollicares teretes, ad  
angulum divaricationis subcompressi, inaequales. Ultimae ramulorum fines  
in breves capillares fibrillas terminatae, quales obtusiusculæ et fastigiatæ fibril-  
lae etiam ad latera ramorum, vel ex basi copiose progerminant. Natura mol-  
lis aqua irrigata, siccæ rigidior, solida, tamen flexilis; intus albida medulla



farcta, qua terrae incubbit parte denudata. Tubercula crassioribus insident ramulis, eosque terminant, colore et natura a ramulis non diversa; per maturitatem autem globosa tubercula apice dehiscunt in tres quatuorve partes, sensim ampliantur, et nigram intus contentam pulverulentam massam expellunt; ultimo plane hiant, et scutellae excavatae formam acquirunt.


*Locus.* In montosis Europae. Ad saxa montis Bructeri Hercyniae, in rupibus perpendiculariter erectis Angliae, Cambriae, Scotiae; locis sylvaticis Smalandiae et Scandinaviae.

*Observatio.* Sapor vix aliquis. Odor in recenti peculiaris, adversus, mucidus.

*Explicatio Figurarum.*

Cespes mediae magnitudinis, exsiccati intra chartam Lichenis.

a. Ramulus nativa magnitudine ac colore ex recente planta.



T A B U L A XXXII.

*Fig. I.*

S Q U A M A R I A R U B I N A.

*Squamaria rubina*, foliis subimbricatis pulposis lobatis crenatis cinereis, scutellis pallide rubinis.

**U**ncialis rosula e foliolis pulposis versus centrum crassioribus conflata, subimbricatis margine obtuse lobatis crenulatis, convexusculis et quasi contractis; desuper lividis vel e virescenti pallide cinereis, ad marginem nigra quasi linea litis, ab emicante inferiore superficie, plane nigricante et convexa. Superficies hinc inde etiam nigris punctis perforata. Scutellae dense congestae, in monticulos quasi elevatae, penitus medium rosulae partem obtengunt, lenti majores magnitudine, et elegantis coloris pallide rubini, concaviusculae varieque flexae, tenui, foliolis concolore crenulato margine cinctae.

*Locus.* Ex Alpibus gallicis a cel. Latourrette, sub nomine Lich. rubini Lamarkii exemplar depictum accepi.

*Explicatio Figurae.*

Rosula naturali forma, qualis chartae adglutinata adparebat, delineata.

## T A B U L A XXXII.

Fig. 2.

## S Q U A M A R I A P U L L A.

*Squamaria pulla*, imbricata, foliolis multifidis subteretibus oblongis punctatis, scutellis rufo-fuscis.

Lichen pulmonarius, taxatilis, farinaceus, ex fusco nigricans, foliis angustissimis et crenatissimis, receptaculis florum ferme nigris Mich. gen. 95. t. 51. f. 6. (quoad saltum figuram.)

Lichen fuscus, imbricatus, foliolis multifidis linearibus subfuscis, scutellis fusco-atris Huds. angl. 2, 533? Enüm. lich. 73.

Lichen pullus, imbricatus foliis perangustis implexis latiniatis fuscis, superne convexis, apicibus demissis; scutellis pullis Lightf. scot. 825.

Peculiaris Lichen a paucis sollicite observatus. Cespite et squamatim nasci solet, foliolis dense et imbricatim congestis, nunc perangustis linearibus subteretibus ramosis et implexis, cinereo fuscis; nunc brevioribus digitatis apicibus oblongis, fuscis, quasi inflatis, neque tamen intus cavis, nunc denique ad marginem cespitis aliis latecentibus lobatis contractis; omnes simul facie in eadem rosula. In superficie cinerea, viridi-fusca, hinc inde nigra puncta observantur innumera. Inferne penitus higricat et crusculam cohaerentem efformat, denudata hinc inde interiore candicante natura. Ob brevitatem ramorum Lichenem papillarium Ehrh. dices. In utraque superficie fere convexa adparent foliola, substantia lenta membranacea sere ut in Lichi physode. Scutellae per superficiem sparsae sessiles concavae, rubro-fuscae;

margine irregulari tenuissime inciso vel crenulato; foliis concolor cinctae. Observo hinc inde per superficiem cespitis granulosa acervula.


*Locus.* Rupestris Licheni, in Scotia primo lectus; habeo etiam ex Bructero monte Hercyniae.

## Explicatio Figurarum.

a. Cespites rosacei ex brevioribus foliolis, quorum

C. apices digitati oblongi fuscii per lentem pinguntur.

b. Alius longe tenuior cesper, ex linearibus foliolis plane conflatus; scutellisque in medio ornatus. Omnes figurae nativa forma ac colore, quales in siccitate adparebant.



## T A B U L A XXXII.


Fig. 3.

## PATELLARIA VESICULARIS.

*Patellaria vesicularis*, polymorpha, tuberculis fungosis nigris  
cinereisque mixta.

**C**rusta nigra spongiosa et veluti perusta terrae vel Muscis destructis instrata, ex meris composita tuberculis fungosis congelatis albido - cinereis vel caerulecentibus, etiam spadiceis in siccitate, madefacta ex spadiceo viridibus. Figura tuberculorum admodum irregularis: obovata, rotundata vesiculae in formam, capituliformis, turbinata, prolisera, pluribus confluentibus, sibi que communi radicali instructis, ex tomentosis fibrillis tenaciter inter se cohaerentibus. Versus sibi item color magis in arenosum vel lutescentem tendit. Hisce immiscentur aliae nigricantes plerumque complanatae verrucae, cortice duriori renitente, nigro (in prioribus enim viridefcit) nec non sibi, sed breviori ac firmiori, e substantia tuberculorum illorum ipsa proveniente, instructae. Ab utraque tuberculorum varietate, patellae proprie sic dicendae, adhuc diversae adparent. Sunt enim jam a prima aetate coloris cinereo-albantis, tuberculisque fungosis non valde dissimiles, sed complanatione, rotunditate, excavatione differunt; hae sensim maiores complanatae et depresso sunt, margine semper aliquo distinguendo cinctae, siveque a tuberculis, saltem prima aetate discernendae. Praeterea granulis nigris tubercula fungiformia confita observo.

*Locus.* Ad terram substratis Muscis, non rara per Germaniam.



*Observatio.* Nullus, quantum scio, hujus Lichenis polymorphi accuratam descriptionem tradidit, etiam si a diversis sub diversa denominatione obtinui. Sicque cl. Ehrharto dicebatur *Lich. graniformis*, D. Latourrette *Lich. polymorphus*, D. Wildenow *Verrucaria grisea*. Forsitan etiam hujus loci: *Lich. caeruleo-nigricans*, leprosus caeruleoscens, tuberculis nigricantibus Lightf. Scot. 805, *Lichenoides granosum subglaucum*, tuberculis planis nigricantibus Dill. musc. 544. t. 82. f. 2. —? *Lichen paradoxus* Ehrh. plant. crypt. d. 20, 206, facile cum nostro in unam conflueret speciem.

## Explicatio Figurarum.

- a. Crusta siccata hujus Lichenis.
- b. Crusta madefacta.
- c. Particula crustae ad lentem modice augmentem conspecta, in qua facile tubercula fungiformis, verrucae nigrae et patellae distinguuntur.
- d. Singula fungiformia tubercula madefacta.

## T A B U L A XXXIII

Fig. 1.

## PATELLARIA CERINA.

*Patellaria cerina*, crustacea cinerea, patellis cerinis albido-marginatis.

*Lichen cerinus*, truncō tenuissimo crustaeformi albido; scutellis concoloribus, disco luteo Hedw.  
musc. frond. T. 2. p. 62. t. 21, f. B.

*Lichen cerinus* Ehrh. pl. exsicc. dec. 22, 216.

**C**rusta expansa cohaerens cinerea, vel paulo obscurioris coloris, ex compacta et aquabili quasi farina conflata, in annosiori magis elevata et glebulosa. Ex hac patellae propullulant ab initio aegre visibles granulosae, per superficiem aequabiliter dispersae, sensim vero coēentes acervatae, disco explanato concaviusculo, cerae flavescens, in humido viridescentis colore, margine integerissimo albido circumseptae; quo demum attenuato et flexuoso discus magis complanatus et irregularis fit, altiore colore tinctus.

*Locus.* In arborum rimoſo cortice. Cl. Ehrhart primum ab aliis separavit.

*Observatio.* Noſtra forſan pro varietate Lich. ſubſuſci olim habita, ſub quo vero amplius militare nequit, conſtantem enim et ſemper diuerſam oſtentat fabricam. Punctula nigra et radices obſervare non contigit,

## Explicatio Figurarum.

a. Corticis fragmen teſtum crux et patellis.

b. Particula ejus ad lentem vitream conſiderata, qualis in ſiccitate adparebit.

## T A B U L A XXXIII

Fig. 2.

## PATELLARIA CANDIDA.

*Patellaria candida*, crux conglomerata candida, patellis glauco-cinereis.

*Lichen candidus*, crux albissima ſublobata, tubercula glauca caeruleſcentia Web. spic. 249.  
*Lichen candidus* Ehrh. plant. exſicc. dec. 5, 49.

**C**rusta ſatis crux, quaſi ex glebulis candidis intermixtis nigris acervulis composita, alterne altior et depreſſior ſicque undosa, ad marginem in obſcuros lobos varie expaſta, ſinibus tamen contractis, arcte terra vel Muſcis deſtructis inhaerens. Patellae interſpersae accuratius conſpectae, quaſi nebula glauco-caeruleſcente obduclae, non magna quidem fed cratiſculae adpreſſae, margine vix promiulo obtuso in circulum ducllo, hinc inde in aduultioribus criſpo undulato, oblinītæ; coloris quidem nigricantis, acetate tamen aegre a crux adjacentे diſcernendo. Natura tartarea, inter digitos friabilis, irrigata mollior, tenaciter colorem ſervans.

*Locus.* Ad Europae varias rupes, ſubſtrato tamen ſemper Muſco vel terra. In Bructeri ſaxis non infrequens.

## Explicatio Figurarum.

a. Lapidis fragmen, cui ſparsim innescuntur hujus Lichenis acervuli.

b. Crux nuda, partim terra partim Muſcis inhaerens, cujus particula

c. ad lentem vitream augetur, quo melius ſcutellarum forma confici queat.

## T A B U L A XXXIII

Fig. 3.

## C O R A L L O I D E S F R A G I L E.

Coralloides *fragile*, ramosum solidum, ramis teretibus fastigiatis, globiferis solitariis.

*Coralloides alpinum*, *Corallinae minoris* facile Dill. musc. 116. f. 34. (mediocris).  
*Lichen erectus ramosissimus*, ramis teretibus nudis filiformibus. Fl. lapp. 440. t. 11. f. 4. (mala).  
*Lichen fragilis*, fronde tereti, ramosa; ramis obtusis Neck. meth. 67.  
*Lichen fragilis*, fruticulofus solidus laevis, ramulis teretiusculis obtusis, tuberculis terminalibus globosis cavis Hudf. angl. 2, 558.  
*Lichen fragilis* elatior Web. spic. 258. β.  
*Lichen fragilis* Ehrh. plant. exsicc. dec. 13, 128.  
*Lichen fragilis*, fruticulofus solidus, ramulis teretibus obtusis fastigiatis Linn. syst. veg. 964.  
 Syst. pl. 557. Fl. suec. 2, 1121. Gun. norv. 663. Retz. scand. 1405. Jacq. misc. 2, 92.  
 Lightf. scot. 888.

Dense et confertim nascitur vel in circulum depresso, vel fruticuli in modum erectus, altitudine plerumque unciali vel sescunciali. Surculi e communis radice ascendunt cespitosi fastigiati teretes, divisi et subdivisi per dichotomiam, ultimo furcati obtusiusculi, nigricante papilla notati. Natura in fuscitate rigidiuscula fragilis, fragilior saepe ipsa *Corallina*, cui similis, intus alba solida. Color eburneus, vel in aliis arenosus, hinc inde basi praecipue nigricans, vel etiam lateritus, apicibus tum constanter e cinereo glaucis. Tubercula sphaerica crassioribus et simplicioribus ramis insident, ejusdem cum ramulo naturae, neque ultra eum prominent; majora dehiscunt, nigra ad lentem pulverulenta massa farcta, qua excussa late hiant atque persistunt.

*Locu's.* In Europae faxis, montium praeruptis petris sylvaticis ericetis. Habeo ex Suecia, Anglia, Germaniae variis locis, etiam ex Lapponia et ipsa Groenlandia.

*Observatio.* Globiferi varietatem aliqui putarunt, sed dichotomis fastigiatis fragilissimis ramis, ut nihil dicam de illius lateralibus fibrillis, quae in hoc nunquam observantur, satis superque differt.

## Explicatio Figurarum.

- a. Cespites junioris Lichenis in circulum expansus.
- b. Erectus cespitosus frutex, tuberculata gerens.
- c. Fruticulus solitarius, omnes nativa forma ac colore.
- d. Furcati apices, papillati, ad lentem picti,

## T A B U L A XXXIV.

Fig. I.

## CORNICULARIA TRISTIS.

*Cornicularia tristis*, fruticulosa subcompreßa nigra, scutellis planiusculis concoloribus.

- Cotaloïdes corniculatum, fuci tenuioris facie Dill. muse. 118. t. 17, f. 37.  
 Lichen fruticosus durus niger, repetito dichotomus Hall. hist. 1, 66. t. 47, f. 1.  
 Lichen *radiatus*, fruticulosus solidus laevis, ramulis teretiusculis acutis, scutellis planis radiatis Hud. angl. 2, 559. (quoad saltem autorum citationem).  
 Lichen *trifidus*, fruticulosus caespitosus, furculis compressis ramosis, superne nigricantibus scutelliferis Web. spicil. 260. t. 5.  
 Lichen *corniculatus*, fruticosus solidus ramosus, ramis declinatis compressis dichotomis, scutellis plano-convexis fungiformibus Lightf. scot. 885.  
 Lichen *gagates* Lamark, Flor. franc. 1, 53.  
 Lichen *trifidus* Ehrh. pl. exsicc. dec. 1, 10.  
 Lichen *fucoides*, fruticulosus ater, foliolis ramulosis teretibus compressis, ex decubitu effungenibus, centrifugis, margine utrinque tuberculo-denticulatis; scutellis subterminalibus sessilibus pedunculatisque concoloribus Wulf. Jacq. collect. 3v 143. t. 12, f. 3.  
 Lichen *rigidus*, imbricatus foliolis teretibus compressis ramulo - multifidis atris centrifugis, scutellis sessilibus concavis concoloribus Linn. syst. veg. 959. Enum. Lich. 74. Jacq. miscell. 2. 86. t. 9, f. 6. Jacq. collect. 2. 187. t. 13, f. 5.

Denso nascitur cespite furculis ex uno velut centro per ambitum sparsis, depresso imbricatis varieque implexis, in centro magis erectis, vel omnibus etiam ad marginem assurgentibus, compressiusculis, per dichotomiam subdivisis, fastigiatis, subulatis, vel ultimo obtusiœculis furcatis, glabris, ad marginem plus minusve tuberculo-denticulatis. Color opacus nigricans, in recenti humectata, e viridi olivaceus, luci obversa Fuci instar pellucida, subtus plerumque e nigra basi in dilutiorem fuscum ductus. Natura lenta cor-

nea, intus solida alba. Ex summitate ramulorum scutellæ oriuntur lenti magnitudine, vel sessiles vel longius pedunculatae, concavæ aut plano-convexæ nitentes fuscoatrae, tenuissime nunc aequaliter, nunc irregulariter marginatae; externe, qua insident plerumque latescientibus ramulis parte, rugulosæ, ramulique colore, ejusdemque saepe finibus spinulosis quasi obvallatae.

*Locus.* In montosis rupestribus Germaniae (in Bructero sic dicto minori Hercyniae); in faxis Alpium excelsarum granitosarum superioris Carinthiae, in Helvetia, in alpinis scoticis.

*Observatio.* Cornicularia frondes ostendit erectiusculas angustatas cartilagineæ substantiae, vel tamen tenacioris quam membranaceæ, extremitatibus acutiusculis rigidis. Scutellæ vel terminales vel transversæ. Linn. Gen. pl. ed. octava p. 768.

## Explicatio Figurarum.

- a. Cespis Lichenis humectati, ab anteriore facie, et naturali magnitudine conspectus.  
 b. Alius magis erectus et siccescens, a latere cum scutellis depictus.  
 c. Particula Lichenis, quem rev. a Wulsen fucoidem nominavit, eius  
 d. furculus ad lentem conspectus, margineque tuberculo denticulato instrutus.

## T A B U L A XXXIV.

Fig. 2.

## CLADONIA TAURICA.

*Cladonia taurica*, subramosa fistulosa, caule ramulisque cylindraceis subulatis.

Lichen *tauricus*, fruticulosus, decumbens, subcentrifugus, usque subramosus, niveus, caule ramulisque levibus, fistulosis subulatis Wulf. Jacq. collect. 2. 177. t. 12, f. 2. Schrank, primit. falsib. 235.

Cespites subularum cylindriformium bi-tripollicarium, fistulosarum, confertim nascentium unoque velut e centro provenientium, indeque quaquaversum divergentium. Cauliculi prostrati et implexi, curatius extricati jam e basi sua in ramos multiplicantur oppositos vel alternos, et ea qua parte oriuntur angustata et constricta quasi, deinde ampliata in cylindraceum fistulosum tubulum, apice in cornu subulatum finitum. Sunt cornicula saepe brevissime divisa, etiam obtusa. Color in sicco albidus, in humido virescens cum flavedine. Substantia flexilis cum tenacitate. Interior cavitas saepissime flavescit, si exterior viridis vel etiam ochracea adparebat.

*Locus.* In elatis rupibus Taurerorum nassfeldensis et radstadiensis, Bryis Hypnisque substratis, ubi primum a rev. Abbe Wulsen observatus fuerit.

Debo exemplaria mea huic felicissimo et oculatissimo Botanico. E Tyrolia etiam me accepisse recordor. Crassitie, colore et ramositate praecipue a consimili Lich. subuliformi differt.

## Explicatio Figurarum.

a. Cespites subularum, Museo instrutus.

b. Cauliculus separatus in ramos diffusus.

c. Alias e medio fureatus. Omnes nativo colore se forma depici.

## T A B U L A XXXV.

Fig. 1.

## PATELLARIA FERRUGINEA.

*Patellaria ferruginea*, leprosa albido-cinerea, patellis convexis ferrugineis.

Lichen crustaceus arboribus adnascens, crux cinerea tenui, ex albo subcinerea, receptaculis florum atro-rufis, ad ferrugineum tendentibus Mich. gen. 97.

Lichenoides leporum, tuberculis fuscis et ferrugineis Dill. musc. 1:6. t. 18, f. 4.

Lichen ferrugineus, leprosus albidus, tuberculis subrotundis ferrugineus Hudl. angl. 2, 440.

Lichen vernalis Lightf. scot. 805.

Quem sub nomine Lich. ferruginei accepi, nunc parum a L. cinereo-fusco diversum esse video. Crux magis cinereo albicans. Tuberculis patellae insiccitate non absimiles, sed proprius admotae, margine concolore varie flexo cinctae adparent. Color constanter atro-rufus vel ferrugineus. Ideoque etiam hujus accuratam ac fidam delineationem non superfluam duxi.

*Locus.* Arborum corticibus hyeme et vere (praesertim in Fago sylvatica mediae magnitudinis) adnasci solet. Copiose exemplaria circa Goettingam et ipse legi, et a D. Persoon lecta accepi.

## Explicatio Figurarum.

a. Particula corticis ad lentem conspecta, quo melius patellarum formam, quae ad finitram naturalis est picta, adpareat.

## T A B U L A XXXV.

Fig. 2.

## COLLEMA PLICATUM.

*Collema plicatum*, foliaceum plumbeum, rugoso-plicatum, scutellis pedunculatis rubris.

Lichen Tremelloides, foliaceus plumbeus, rugoso-crispus, glaber, peltis sparsis rubris Suppl. pl. 450. Syst. veg. 961.

Membrana secca papyracea subdiaphana, in duas lamellas facile recedens, varie plicata et rugosa, margine in obtusas lacinias divisa, undiqueque per superficiem exilissimis foveolis s. punctis excavata, quae in lamellas divisa membrana, e tuberculis vel granulis exilissimis in aversa lamellae parte sedentibus provenire, et forsan cohaesionem lamellarum promovere videntur. Color plumbeus, hinc inde dilute cinereus vel flavescens cum pauxillo fusco-rubri, praesertim ea parte, qua terrae inhaeret, qualisque foliorum cadentium esse solet. Scutellae frequentes, minutissimae turbinatae, majores circinnatae rotunditatis, brevi membranaceo pedunculo insidentes; margo integerrimus canescens discum eleganter rubrum quovis modo cingit. Aqua irrigatus Lichen, ut mos est hujus ordinis, totus quantus immutatur. Explicatur membrana antea plicata, intumescit, diaphana fit, et saturatum viorem acquirit. Scutellae nunc per superficiem acquabilem sparsae, elevantur, et disco suo aurantiaco in chermesinum mutato, undique emicant.

*Locus.* In cap. b. sp. primum legit D. Thunberg; ex alpibus Jamaicæ attulit, mecumque amice communicavit Cel. O. Swartz.

*Observatio.* Collema Hill. (Nostoch Hall.) omnes eos Lichenes designat, quibus tremula folia, potissimum post pluviam; iidem Lichenes fisci exarescunt et in membranas friabiles abeunt. Aliquot hujus ordinis ad Tremellas accedunt, sed cum Lichenibus, ut jam bene Hallerus observavit, per scutellas retinentur. In plusculis speciebus etiam granula per superficiem sparsa reperiuntur.

*Explicatio Figurarum.*

- a. Lichenis secca membrana, nativa forma ac colore.
- b. Ejusdem particulam in aqua flotuantem silit.
- c. Scutellae per augmentum e secca membranula.



**T A B U L A XXXVI.**

*Fig. I.*

**P L A T I S M A A R M A T U M.**


Platisma *armatum*, foliaceum suberectum ramosum, scutellis terminalibus aurantiacis ciliato-spinosis.

Lichen pulmonarius minimus subluteus, receptaculis florum coronatis, mali aurantii coloris Mich.  
Gen. 75. t. 36, f. 4. Dill. musc. 74. t. 13, f. 17. (figura e Michelio repetita.)

Lichen *aurantiacus* Latourrette, chlor. lugd. 35.

**E**x communi radice in orbem lacinias sine ordine emittit semunciales ascendentes vel erectas compressas latefentes, angustiores in juvenili, apice fere palmatas et undique ciliis vel laciinis protensis armatas, tum facile pro hispido Lichene incauto observatori imponunt. Color in siccato superius flavescens ochraceus, inferius ex cinereo albicans; superficies striata-rugulosa et quasi canaliculata, quae superius magis plana; in humectato penitus et laete virescit. Scutellae terminales plerisque latioribus lacinulis insident, in secco aequo ac humido eleganter aurantiaceae, concavae, demum complanatae, margine tenui, sed undique spinulosis ciliis flavescientibus obpresso, laciinis etiam inferius concolore.

*Locus.* In ramulis arborum; ad Abietes, Pyros Prunum, immixtis aliis Lichenibus, hispido et parietino. Depicta Exemplaria circa Lugd. gallor. lecta debo cel. Latourrette.



*Observatio.* Superficies, scutellarum color, affinitatem cum L. denu-  
dato indicant, locus natalis, figura, laciniarum divisio, et ciliarum copiosus  
proventus diversitatem.

*Explicatio Figurarum.*

Pruni rāmus, cui infidet noster; praeterea Lichenes alii, hispidus et parietinus.

- a. Plantula integerrima scutelligera exsiccata;
- b. alia humectata;
- c, d. Laciniarum spinosae fines cum scutellis, ad levem pictae.



T A B U L A XXXVI.

*Fig. 2.*

S Q U A M A R I A F A H L U N E N S I S.


*Squamaria fahlunensis*, foliis subimbricatis dichotomo - multi-  
fidis, canaliculatis atris.

Lichenoides tintorium strum, foliis minimis crispis Dill. muse. 188. t. 24, f. 81. (mutilata).

Lichen fronde utrinque nigerrima laciniata, scutellis concoloribus Hall. hist. 2020.

Lichen *fahlunensis*, imbricatus foliolis linearibus dichotomis planiusculis acutis nigris, scutellis  
atris Linn. Syst. veg. 959. Syst. pl. 533. Fl. suec. 1078. Web. spicil. 251. Lightf. scot. 819.  
Huds. angl. 2, 532. Retz. scand. 1349. Jacq. mifc. 2. 90. t. 10, f. 2. Enum. lich. 8c. t. 17, f. 2.

A terrimus nitens siccus cespitosus Lichen, in orbem expansus; laciniis fo-  
liorum imbricatis, dichotomo - multifidis, per superficiem canaliculatis vel  
lacunosis, margine semper elevato, nunc linearis acuto vel lobato obtuso,  
crenulato saepe ex verrucis, vel criso marginalibus radiculis. Madefactus e  
castaneo vel fusco sensim acquirit colorem foridem virescentem, semper tamen  
fuliginosum. Scutellae non paucae, disco cespitis insidentes, variabili magni-  
tudine: insigniores semunciam latae planae vel convexae, margine penitus  
obliterato inciso varie plicato; minores concaviusculae rotundae, margine  
paulum elevato crenulato; omnes ex castaneo nigrae, nitentes, subtilis dilu-  
tores, rugulosae. Natura Lichenis solida, intus candida.



*Locus.* Rupibus et saxis montosis adnascitur. In Europa non infrequens, cum *Unea lanae nigrae* simili. E Groenlandia etiam habeo, a Lich. omphalode et flygio Linn. aequae diversam.

*Explicatio Figurarum.*

- a. Varietas foliis margine frequentius ciliatis, foliolis dichotomia linearibus.
- b. Alia latioribus margine crenulatis laciniiis.
- c. Tenuissimis et crispis linearibus laciniiis tertia varietas.
- d. Media cespitis foliola ad lentem, et
- e. Naturali magnitudine conspecta.
- f. Laciniae verruculosae margine, ope lentis observatae.

Tab. XXXI.

1.



2.



abatur a Strom. 2d

Oreum. folia

*Tab. XXXII.*

1.



2.



3.



*Autor & Scion. Dif.*

*Coprus. folia.*

*Tab. XXXIII*

I.



2.



b




3.



Actaea & Sturm Del.

Gaspard Feulpi 1791

Tab XXXIV.



Actinia. Diderot.

Aspicia. Diderot.

Tab. XXXV.

1.



2.




c

Aster. a. Rhiz. b.


Cypres. flos. c.

*Tab. XXXVI.*

1.



2.



*Anton. Sch.*

*Oppelia folia 191*

ILLUSTRISSIMO DOMINO  
CHRIST. LUDOVICO  
DE HAKE,

MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS SANCTIORIBUS  
CAMERAE REDITUM DEPUTATO ORDINIS EQUESTRIS AD  
CONVENTUM ORDINUM PROVINCIALIUM  
CALENBERGENSIUM

VIRO SCIENTIARUM UTILIUM INQUE HIS REI  
BOTANICAE PERITISSIMO

H U N C F A S C I C U L U M

D. D. D.

GEORG. FRANC. HOFFMANN.

## T A B U L A XXXVII.

Fig. 1.

## C O L L E M A M A R G I N A L E.

*Collema marginale*, foliaceum lobato-plicatum, scutellis marginalibus.

*Lichen marginellus*, foliaceus membranaceo-pellucidus lobatus plicato-undulatus, scutellis marginalibus minutis ferrugineis albo-marginatis Swartz, prod. 147.

**M**embranula tenuis subdiaphana plicata-rugosa, fimbriarum in modum lobata basique contracta, Muscis inhaerens. Color plumbeus in secca, diaphanus et e plumbeo virescens in humida plantula. Superficies rugulosa. Scutellae frequentes et minutissimae ex ipso margine propullulant, granulosae, albo-marginatae et ferrugineae; pellucidae, si aqua irrigantur.

*Locus.* In Iamaica collegit D. O. Swartz, mecumque liberaliter communicavit.

## Explicatio Figurarum.

Fig. 1. Plantula super Muscis expansa, nativa forma ac colore.

- a. Membranulae particula aqua reviviscens.
- b. Lobulus cum scutellis ex aqua pellucidiis lenti subiectus.

## T A B U L A XXXVII

Fig. 2. 3.

## COLLEMA VESPERTILIO.

Collema *Vespertilio*, orbiculatum membranaceum tenuē,  
lobatum, plicato-lacunosum.

- Lichen *saxatilis nigricans*, Laetucæ folio Buxb. Ant. t. 41, t. 61, f. 3. (imperf.).  
 Lichenoides *gelatinosum*, membranaceum, tenuē nigricans Dill. musc. 138. t. 19, f. 20—21.  
 (mediocris).  
 Lichen *gelatinosus membranaceus exasperatus convolutus atroviridis*, scutellis rubris Hall. hist.  
 203? (quoad saltem Synonymiam).  
 Lichen *nigrefuscens*, gelatinosus membranaceus, exasperatus, convolutus, stro-viridis, scutellis  
 rubris Leers, herb. 945.  
 Lichen *Vespertilio*, gelatinosus membranaceus rugosus lobatus atro-virens, scutellis confertis rufis  
 Lightf. scot. 840.  
 Lichen *nigrefuscens*, foliaceus membranaceus subrotundus lobatus rugosus atro-virens; scutellis  
 confertis rufis Hudf. angl. 537.  
 Lichen *Laetula*, membranaceo-gelatinosus, late lobatus, tenuis, diaphanus, lacunosus, ex viridi  
 nigrefuscens, per setatem nigricans Web. spic. 253.  
 Lichen *papyraceus*, papyraceo-membranaceus, subgelatinosus, viridi-ater, orbiculatus, ambitu  
 breviter plicato-lobatus; lobis amplis rotundatis integerim; granulis supra obsitus innatis  
 creberrimis, homogeneis, concoloribus Wulf. Jacq. collect. 3. 134. t. 10, f. 3. (bona, sine  
 scutellis).  
 Lichen *nigrefuscens*, foliaceus, gelatinosus, subrotundus, lobatus, rugosus, stro-virens, scutellis  
 confertis rufis Suppl. pl. 451. Linn. syst. veget. 961. Ehrh. Beitr. 2, 146.

Folium tenuē membranaceum in orbem distentum, per extremitates brevi-  
 ter lobatum: lobis obtusis rotundatis et late diductis. In superficie superiori  
 rugosa, inferiori plicato-lacunosa, plicae et rugae in centro congestae ad  
 peripheriam diffugunt. Acervuli granulosi gelatinosi (foliorum propagines)  
 versus centrum innascuntur creberrimi. Scutellifera rarius occurrit; scutel-  
 lis ut plurimum extra centrum collocatis numerosis, subpedunculatis planis,  
 vel tantum in sicca fronde marginatis, eleganter fusco-purpureis, dilutiori-  
 bus in madefacta. Color ex atro viridis, luci obversa veluti e viore subdia-  
 phanus, in sicca plane emoritur, nigrescit. Substantia mollis gelatinosa, per  
 siccitatem in naturam chartae usculatae quasi complicatae transit.

*Locus.* Aversa parte axis nudis, arborum truncis adnascentur, non rara  
 per Germaniam planta. Udo coelo viget, sicco et sereno contrahitur, ex-  
 arcit.

## Explicatio Figurarum.

Fig. 2. Scutellifera plants, qualis adparebat in aqua fluctuans.

a. Scutellæ ab anteriori et a latere conspectæ,

b. granulorum acervulus, ad lentem modice augentem.

Fig. 3. Aversa folii pars humectata.

## T A B U L A XXXVIII et XXXIX.

*Fig. 1.*

## T A B U L A XLII.

*Fig. 1.*

## P L A T I S M A C A P E R A T U M .

*Platisma caperatum*, foliacum subimbricatum rugosum lobatum, pallide luteum.

Musco-fungus lichenoides, crustae modo adnascens major cinereus Morif. hist. 3. 633. t. 7. f. 1.  
(imperf.)

Lichen pulmonarius, axis et arboribus adnascens, major, inferne nigricans, superne e sulphureo cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus sordide et obsolete viridibus Mich. gen. 89. t. 48. f. 1. (erassa).

Lichenoides caperatum rosacee expansum e sulphureo vires Dill. musc. 193. t. 25. f. 97. a, b, c.  
(mediocris).

Lichen fronde rotunde lobata, rugosa, inferne atra et aspersa Hall. hist. 2005.

Lichen *caperatus*, fronde juniori supra rugosiuscula: germinante pulverulenta, frondulis extimus laevibus, laevibus obtusis Neck. meth. 95.

Lichen *caperatus*, foliacus imbricatus, pallide luteo-virescens, rugosus; margine undulatus Enum. lich. 94. t. 19. f. 2. t. 20. f. 2.

Lichen *caperatus*, foliaceus repens pallide viridis rugosus, inferne ater et asper; foliolis rotunda lobatis Baumg. Lipf. 569.

Lichen *caperatus*, foliaceus, repens, centrifugus, sinuato-lobatus; subtus ater, laevis; supra e virore sulphureo flavens, rugosus, verrucosusque; scutellis sessilibus rubris, extus folio concoloribus, margine verrucoso-crenatis Wulf. Jacq. collect. 4. 280. t. 20. f. 1. (bona).

Lichen (fronde) *caperatus*, subfoliacus rugosus e sulphureo vires, foliolis rotunda lobatis, scutellis amplis fusco-rubentibus Lamark Encyclop. bot. 483.

Lichen *caperatus*, pallide viridis rugosus margine undulatus Linn. syst. veget. 960. Sp. pl. 1614. Syst. pl. 542. Roy. lugd. b. fie. Guett. Hamp. 31. Mull. seidr. 112. Gunn. norv. 690. Neck. gallo. 511. Scop. carin. 2. 1394. Weis, crypt. 74. Leers, herb. 967. Pollich, palat. 1114. Lighf. scot. 837. Huds. angl. 543. Retzius, scand. 1365. Gorter Fl. VII. provinc. 309. Leyf. hal. 1153. Allion. ped. 2565. Chlor. lugd. 36. Relh. cantab. 433. Wilden. berol. 352. Timm. megap. 248. Roth. germ. 504. Schrank, bav. 1516. etc.

Folium rosacee ab initio et in orbem expansum, ab unciali ad pedalem usque dimensionem; plicatum, subimbricatum, per ambitum lobatum: lobis sub-

rotundis sinuato-laciatis, extimus sinuato-crenatis. Superne rugis oblongis et obliquis, pulverulento-granulosis, centrum versus crassioribus exasperatum; colore e sulphureo virescenti in glaucum desinente (veluti sulphureus color cum pauxillo caerulei mixtus), per acetatem dilutiore, ultimo, saepius humectato et siccato Lichene, flavescenti glauco. Inferne per margines, quoique libera sunt folia, adparent glabra et fusca, reliqua parte scabra et nigra ex radiculis filiformibus implexis brevissimis, quibus arcte saxis et arboribus annexuntur. Per lentem verrucae conspectae, subrotundae et pulverulentae, confluentes punctisque nigris commixtae adparent. Majores et annosiores plantae minus regularem servant figuram, sine ordine veluti effusae. In his scutellae praesertim nasci solent; primum parvae sessiles, per discum frondis sparsae, subgloboso-umbilicatae; sensim evolutae majores, concavae, margine convexo cinctae pulverulento, foliorum colore; intus atro purpureae, carneo vel viridi rufescentes; tandem, si penitus explicitur, vel margo tenuis undulatus, saepius verrucosus evanescit, vel discus elabitur. Natura mollis in humectato etiam tenax, intus albissima, quam etiam leviter violatus statim prodit.

*Locus.* Per omnem Europam (etiam Americae partem) saxis aequa ac arboribus frequenter adnascitur. Scutellifera planta rarius, in altiori arborum plaga hinc inde occurtere solet. Lanea tingit praemissa maceratione, colore ex ferrugineo eleganter fusco.

## Explicatio Figurarum.

Tab. XXXVIII. Fig. 1. Juniom et rosacee expansum silit Lichenem absque scutellis.

Tab. XXXIX. Fig. 1. Seniorem et minus regularem ast scutelliferum.

a. primordialis rosula. Nativo colore ac forma.

Tab. XLII. Fig. 1. Figuram e collect. I. c. repetii, utpote Lichenis scutelliferi et rosacee ita eleganter expansi, rarius occurrentis.

## T A B U L A XXXVIII.

Fig. 1—3.

## PLATISMA CROCATUM.

*Platisma crocatum*, foliaceum crispum, margine pulverulento  
flavo.

- Lichenides lacunosum rutilum, marginibus flavis Dill. musc. 549. t. 84; f. 12. (bona).  
 Lichen crocatus, foliaceus lacunosus luteo-rufescens flavo-granulatus: lacinis sinuatis rotundatis,  
scutellis subconvexis fulco-atris a fronde marginatis Dickf. fasc. 2. 22.  
 Lichen crocatus, foliaceus, margine pulvereo-flavo Linn. syst. veget. 960. Syst. pl. 542. Swartz,  
obl. bot. 407.

Elegantissimae plantae forma, aetate forsan vel loco natali mutatur. Habeo,  
quae iconi dilleniana plane respondeant. Etenim foliis componuntur laci-  
niatis, per extremitates sinuatis crenatis, postea dividuntur et velut folium  
quoddam laciniatum cohaerent, in longiores, quam ab initio, lacinias divisum,  
superne lacunulis excavatum, subglaucum, lutescente colore, marginibus un-  
dique in fimbrias pulverulentas flavas resolutis. Glomeruli etiam in super-  
ficie, confluentes flavi. Scutellae vero neque in dillenianis, neque in meis  
occurrunt. Ex observatione Dicksonii margine crasso, e fronde intumente,  
cinguntur. Inferius quounque libera sunt folia colore iostendunt (L. verru-  
coso similem, quocum etiam natura convenit), cervino-flavescentem vel car-  
neum, qua parte adhaerent vero ochroleucum vel subfuscum, ex denso et  
brevi villo factum. Puncta autem flava innumera pulverulenta, ex denudata  
Lichenis interiori natura, undique de protuberantibus lacunulis emicant (sic-  
que saltem transitum et indivisum nexum, cum excavatis illis albidis punctis

in Lich. sylvatico paucisque aliis ostendunt). Haec illa. Sed diversa alia  
occurrunt ampliora lobata, colore post plurimos annos eleganter rutilante,  
quorum margines interiores in fimbrias crassiores pulverulentas elegantissime  
flavo colore distinctas resolvuntur, porro inferiore parte tomento vel villis  
aque rutilante et subfuscō, punctisque eleganter flavis insignita sunt; unde  
immaculata et ex rutilo et flavo colore amoene distincta folia. Natura intus tota  
quanta flava, tactu subcoriacea.

*Locus.* Dillenii exemplaria ex Insula Helena transmissa fuere, Linnaei  
ex India. Dicksonius ex alpibus scoticis, rupibus adnascentem habuit. Ego  
exemplaria depicta in India occidentali collecta debeo benevolentiae cel. D.  
O. Swartz.

## Explicatio Figurarum.

- Fig. 1. Lichenis specimen foliis angustioribus.  
 Fig. 2. Aliud amplioribus foliis a superiori et  
 Fig. 3. ab inferiori parte spectatum; nativo colore ac forma.

## T A B U L A XXXIX.

Fig. 2.

## PATELLARIA DECOLORANS.

*Patellaria decolorans*, granulosa cinerea, patellis carneis et nigricantibus varia.

**G**ranulosa crusta nudis oculis facile distinguenda. Per lentem granula illa conspiciuntur subrotunda, cinerea, connexa solida, glabra, hinc inde tamen subpulverulenta, nigris et carneis aliis commixta. Hisce innascuntur tenerae patellae ab initio granulis non dissimilia, dein explanatae varieque ex rotunditate flexae, coloris eleganter miniati vel rubro-carnei, hinc inde livescens; in aliis plane nigricantis, margineque in his albido, in illis pallidore circumseptis.

*Locus.* Terraes praesertim turfosae instratam legit in ascensu montis Bructeri Hercyniae D. Persoon, cui etiam debo exemplaria depicta. Colore et patellarum figura satis superque a Verrucaria differt granulosa.

## Explicatio Figurarum.

Fig. 2. Plantula nativa forma ac colore,  
a. per lentem conspecta.

## T A B U L A XL.

Fig. 1.

## PATELLARIA NEBULOSA.

*Patellaria nebulosa*, pulverulenta subcinerea, patellis numerosis confertis crustae adpressis.

**L**eprosa pulverulenta crusta terrae glebis vel lapidibus, quibus instrata est, fere concolor, per lentem adparet pulverulenta et veluti ex glebulosis granulis, aqua emollitis, ex cinereo virescentibus, neque tamen gelatinosis, sed solidis, conflata. Patellarum copia saepius tanta est, ut crusta penitus obscuratur. Ceterum rotundae patellae, non sessiles modo, sed crustae veluti adglutinatae cumque ea confluentes; colore ex argillaceo plus minusve fulvo, depressae quidem, in disco tamen convexiusculae, margine tenui cinerascente, ad lentem crenulato, circumlimitae.

*Locus.* Terraes glebis etiam lapidibus arenosis adnasci solet. D. Persoon circa Goettingam lectam mecum communicare voluit. An hujus loci Lichen Pezizoides Weberi vel brunneus Swartzii? —

## Explicatio Figurarum.

Fig. 1. Terrae gleba, patellis undique obsita, naturali forma ac colore.  
a. Particula lenti subiecta, in qua vero margo patellarum utpote non satis austus integer adparet.

## T A B U L A XL.

Fig. 2—4

## T A B U L A XLII.

Fig. 2—3.

## S Q U A M A R I A A M B I G U A.

Squamaria *ambigua*, foliis linearis-multifidis flavo-virentibus, tuberculis scutellisque obsitis.

Lichen *diffusus*, imbricatus, fronde linearis-multifida in centro pulverulentus, versus margines scutellifera. Color constantem ex glauco albescens Web. spicil. 250.  
 Lichen *ambiguus*, foliaceus centrifugus flavo-virescens, foliolis linearibus, pinnatifido-lobatis; tuberculis concoloribus farinaceis, scutellisque marginatis ex luteo tandem fuscis, obsitis Wulf. Jacq. collect. 4, 239. t. 4, f. 2. (bona).

Frondes in orbem expansae ab initio valde exiguum, sensim vero ampliorem factum sive e foliolis constantem linearibus, diffusis, per dichotomiam multifidis, subdivisis et truncatis extremis finibus; in aliis vero densius congestis et subimbricatis, lobato-laciatis. Media pars undique pulverulentis tuberculis, confluentibus obtigitur. Sunt ubi pulverulenta tubercula scutellis immiscuntur, quae versus marginem exoriuntur orbicularis, ex glauco fuscae, limbo cinereo flavo-virescenti cinctae. Color superne ex glauco albescens vel flavo-virescens, subtus a tenui villo nigrescens, in adultiori antracinus vel sordide cinereus. Per aetatem folia diffluunt inque pulverulentas glebulas abeunt scutellis tum varie flexis, ex atro fuscis, margine tamen persistente tenui, crenulato, flavescenti cinguntur.

*Observatio.* Ambigit inter Psorae tartaream et Squamariae foliaceam naturam. Lich. diffusus olim in Enumeratione nostra Lichenum descriptus, longe ab illo difflat.

*Locus.* Ad putrescentes vel tamen emortuos Abietum truncos, variis Germaniae locis. In Hercynia copiose. Legit D. Persoon.

## Explicatio Figurarum.

Tab. XL. Fig. 2. Juniora diffusa et laxius inter se ordinata foliola.

Fig. 3. Orbis tuberculo-pulverulentus.

Fig. 4. Lichen vetulus in tubercula plane resolutus.

Tab. XLII. Fig. 2. Hujus et sequentis,

Fig. 3. e collectaneis i. c. repetit delineationem, cum rarissime tuberculis in medio, scutellis vero per ambitum collocatis, occurere solet talia specimen,

## T A B U L A X L I.

Fig. 1.

## VERRUCARIA SANGUINARIA.

*Verrucaria sanguinaria*, crustacea cinereo-virescens, albicans,  
verrucis atris intus sanguineis.

**C**rusta satis crassa tenax, cortici rimofo vel Musco instrata, inde monticulosa, cohaerens tamen et saepius in palmarem dimensionem quaquaversum (rarius orbiculatim) per exigua granula glebulosa distenta. Colore vel ex viridi cinerae sens (humore irrigato Lichene penitus ex glauco virescens) vel albido-cinerea, quae etiam si humectata, tamen tenaciter servat suam albedinem. Huic innascuntur atriae verrucae plus minusve numerosae, diversaeque plane magnitudinis; aetate inaequales, non raro confluentes; jam prima aetate convexae; quae per medium ad perpendicularum discissae, intus sub nigricante crasso cortice (ad lentem in tenues lamellas divisio, subpellucido, atro-virente) demum in viridem resoluto, occultant elegantem sanguineam striam, etiam nudo oculo conspicientem, nucleo albido farinoso verrucae quasi immersam. Dissecata spongiosa crusta intus vel albida vel viridis, quam si accurasius ad lentem conspicias superius tantum viridi granulosam, inferius albidam, saepius rubram, ex difflente nuclei cruento invenies.

*Locus.* Ad abietum cortices Hercyniae, versus Braunlage primus colligit mihique liberaliter misit D. Persoon; nunc ab aliis circa Goettingam hinc inde colligitur.

*Observatio.* Si quis alias, certe hic Licheni cum multis consanguineis (punctato, limitato, petraeo, confluente, rupestri, calcario, atrofuscō etc.) confusus. Itaque vereor, ut paucis (praeter Lightfootium, scot. 803, et Ehrhartum, Beitr. 5, 56.) distincte satis cognitus fuerit. Ipse Linnaeus in dubio haerere mihi videtur. Etenim atra sanguinarii Lichenis tubercula, distracta, intus rubra esse recte statuit; sed de eodem male in Flora sua succici (1060) dicit, cum in omni arbore habitare (quod de limitato et punctato Lichene verum est); nec non marginem, in speciebus plantarum, angulatum, non membranaceum, illi adscribit. Quod utrumque in nostrum non quadrat. Iuvabit itaque, missis omnibus synonymis, quae certe historiam hujus Lichenis non magis expeditam reddent, fidam ac succinctam ejusdem dedisse delineationem.

## Explicatio Figurarum.

Fig. 1. Corticis rimosi abietini particula, crusta albescente penitus obducta, nativa forma ac colore.

a. Verruca ad perpendicularum dissecata, et ad lentem parum angentem conspecta.

## T A B U L A XLI.

Fig. 2—4.

## T A B U L A XLII.

Fig. 4, 5.

## P E L T I G E R A C R O C E A.

*Peltigera crocea*, fronde rotunde lobata, subtus venosa, villoso-crocea.

Lichen foliis subrotundis planis levissime incisis, calycibus orbiculatis disco foliis adnatis Fl. lapp. 443. t. 11, f. 3. (mediocris).

Lichenoides subtus croceum, peltis appressis Dill. muse. 221. t. 30, f. 120. (fig. Linnsei).

Lichen fronde rotunde lobata, plana, subtus venosa miniata Hall. hist. 1994.

Lichen *croceus*, fronde reptante subrotunda, subtus venoso-villosa, crocea: peltis sessilibus orbiculatis Neck. meth. 84.


Lichen *croceus*, coriaceo-foliaceus, repens; frondibus obovato-subpalmatis, crenatis, planis, ex eodem velut centro in orbem diffusentibus, supra saturate viridiibus glabris; subtus coriaceis, saturatus ramofo-venosis; peltis pulvinato-convexis sparsis, adnatis obscurae rubris Wulf. Jacq. collect. 4, 255. t. 11, f. 2, 3. (splendida).

Lichen *croceus*, coriaceus repens subrotundus planus: subtus venosus villosus croceus, peltis sparsis adnatis Linn. syst. veget. 962. spec. pl. 1616. Syst. pl. 547. Fl. suec. 1101. Gunn. norv. 735, Retzius scand. 1378. Fl. Dan. 263 (fig. pessima). Lightf. scot. 856. Hudl. angl. 548. Schrank, primit. salisb. 234.

Lichen safrané Lamarck Encycl. bot. 496.

**S**iccam et intra chartam diutius servatam delineamus plantam, cuius folia terrae glebis tenaciter adhaerent, per ambitum sparsa, plana subrotunda, inque lobos obtusos crassos margine sinuato-crenatos ex angustiori basi dilatata;

nonnulla ita dense congesta, ut margines flexuosi siant et elevati; alia magis complanata, in disco soliorum rugulosa et depressa. Color in utraque superiorius cinnamomeus, vel corii vitulini, in madea facta planta hinc inde leviter e viridi cinereus; subtus vero eleganter et saturate croceus villus totam superficiem occupat, venis e basi ad peripheriam per longitudinem ductis, crassis prominentibus, colore denum nigricante, denso et brevi villo, hinc inde fibrilloso obductis. Peltae vel disco vel margini adnatae, complanatae orbiculatae subconvexae, atro-ipadicæ, margine, veluti prominente e substantia folii, lacinulato cinctæ. Natura coriacea quidem, sed durior, in seco fragilis, in humido autem et recenter collecta aliam ab illa diversam ostendit faciem, quam sequentibus accurate depingit verbis L. rev. a Wulsen. Unicum credas folium late in orbem effusum, peripheriam versus rotundato-lobatum; plures interim, nec reapsè inter se unitae sunt frondes, coriaceo-foliaceæ, crassiusculæ, lentæ, obovato-subpalmatae, rotundato-sublobatae, per oras marginum crenatae; quae ita juxta se in orbem ordinatae, perque terram diffusae, repunt, quasi ex eodem centro genitae, ab invicem centrifugæ, divergentesque recedant. Eae supra juvenili in aetate, recentesque, aut certe ex humore reviviscentes saturate virides, glabrae ac nitentes sunt; peltis pulvinato-convexis, lentiformibus, aut ovalibus, magnitudine inaequalibus, obscure rubris, nullo per folium sparsis ordine, adnatisque oblitæ; subtus contra saturate rubro-aurantiacæ, aut si velis croceæ, subtilissime primum tomentosulae, tum nudæ, attamen venis exflantibus ramosissimis, saturatis, cum tempore fusco-nigricantibus, costatae. Senio, aut longiore intra chartas desiccatione, naturalis plantæ viror in spadiceum emoritur, peltae que complanantur nigricantes. Ex quo patet, qualem, quoque in statu, plantam suis ab amicis Hallerus, tum et ex Groenlandia Dillenius habuerit.



*Locus.* Summarum alpium et regionum septentrionalium incola, ad rupium latera, in petris tenui terra tectis Norvegiae, Helvetiae, Angliae; in sylvis inque campis sterilibus Lapponiae, Groenlandiae.

*Explicatio Figurarum.*

Tab. XLI. Fig. 2. Lichenis frondes a superiori facie depictae leviterque humefatae, terrae muscisque substratis adhaerentes.

Fig. 3. Facies inferior frondis a terra solutae. Exemplaria depicta habeo e Norvegia.

Fig. 4. Siflit specimen hujus Lichenis, in alpinis petris tenui terra tectis, Vallis Hasilae superioris versus Hospital et Grimselam Helvetiae ab ill. Schmidlio lectum.

a, particula frondis cum pelta.


Tab. XLII. Fig. 4. Carinthiae lecta et a f. rev. a Wulfen in collectaneis l. c. depicta hujus Lichenis recenter collecta specimina, a superiori

Fig. 5. ab inferiori facie.



1.

Tab. XXXVII.



2.



3.




Abder. & Horn. Del.

Ospina. folio. 172.

*Tab. XXXVIII.*

1.



L.



2.



3.




*Auricula* *lutea* *Thal.*

*Capitella* *folia* *1792*

*Tab. XXXIX.*



1.




2.



*Albuminum*

*Bacillus*

*Tab. XL.*



*Abies sibirica* D. C.

*Baumkunst* 1792.

*Tab. XLI.*

1.



2.



3.




4.



*ad hoc* ad hoc

*tabulae* tabulae




*Tab XLIII.*



*Carpinus folia*. 1794.

*TabXLIV.*



*Oscinea folia* 1720

*TabXLV.*



*Osmunda japonica* 1790



*Tab XLVII.*


1.



2.



3.



*Ostrea foliis 1774*


1.



2.



1.a



*Tab. XLIX.*

1.



2.



*Grauer, folio 157*



## T A B U L A X L I I I.

Fig. 1—3.

## P S O R A D E C I P I E N S.

*Psora decipiens*, tartarea aggregata lateritia; tuberculis marginalibus nigris.

*Lichen decipiens*, trunco complanato simplici oblongo, rotundatoque, decumbente; supra laterito, infra marginibus albo; scutellis terminalibus convexis, Hedw. flirp. crypt. Tom. II. 7. t. 1. B. Dickf. pl. crypt. fasc. II. 21. Wither. bot. arrang. III. 183.


*Lichen elveloides*, Wulf. Jacqu. collect. III. 108. t. 3. f. 3.

*Lichen proteiformis*, Latourrette, Chlor. lugd. 36.

*Lichen pantospermus*, Villars, Hist. Tom. III. 96. t. 55.

**E** particulis contiguis suborbiculatis conflatus cespites, substratus vel terra vel musco vel gelatinosa fugaci cruxa. Singula frondosa folia scutellam mentiuntur ab initio; magis expansa irregularia fiunt, variisque formam acquirunt, plano-depressa, medio saepe contracta, per marginem sinuato-repanda albida, ex inferiori prominula superficie, margine vel integro vel dilacerato crenulato, tuberculis nigris ab initio albo-marginatis, demum ex plano convexis, obsoito. Intra haec tubercula nidulantur thecae exilissimae corpusculis feminiformibus foetae. Discus frondis lateritus, detersus cinereus vel albidus.


In aliis diversis a prioribus frondosis particulis, orbiculatis, pallide roseis, fligmata seu punctula saturatius rubentia 2—3 emicant (genitalia mascula Hedwigii). Haec acetate fuscescunt, illa marginem nigricantem pulvрulentum quasi acquirunt. Sunt etiam plane sterilia, in quibus neque fligmata, neque tubercula observare licet.



*Locus.* Crescit in montosis ericetis, subalpinis Galliae, Angliae, Sco-  
tiae, Germaniae. Ad terram promiscue cum Lich. lentigero albo et citrino,  
candido, scrupofo, aliisque.

*Explicatio Figurarum.*

1. Terrae glebula cespite hujus Lichenis tuberculati obfita.  
  - a. Particula medio contrafacta.
  - b. Frondulæ connatae margine tuberculiferae. Ex his particula seorsim
  - c. marginatis tuberculis.
  - d. Scutelliformis junioris frondis exemplar. Hsec ad lentem modice augentem pīctis.
2. Alius cespes ex particulis frondosis magis convexis confitatus.  
  - e. explanatae frondes, in
  - f. orbiculata et tribus stigmatibus notata.
  - g. Senescens ex his tertia, margine in pulverem nigricantem resolut.



T A B U L A XLIII.

*Fig. 4—7.*

UMBILICARIA CORRUGATA.

*Umbilicaria corrugata*, reticulato-rugosa, undique nuda,

*Lichen mifentriformis*, Ehrh. plant. crypt. exsicc. dec. IX. 89.

**T**runcus seu potius frondosum folium unciale, orbiculatum, margine lace-  
rum; supra a peripheria centrum versus rugoso vel reticulato crispum; rugis  
siepe squamo-foliaceis, hinc inde crinitis, a centro peripheriam versus  
penitus oblitteratis, protuberantibus tantum papillis minimis, fere ut in cute  
anserina. Color cinereo-fuliginosus, deustus quasi ad marginem; inferne  
pallidus, subfuscus, cervinus, adspersis in quibusdam subulatis vel ramosis  
radiculis.

Tubercula fere sessilia, parva, atra; ad lentem semicircularibus fulcis  
utplurimum exarata, complanata vel convexa.


Substantia vel natura Lichenis sicca coriacea, tamen rigida; lenta, pel-  
lucida, et obscure ex pullo virescens aquae immersa; longe tenuior quam in  
reliquis Umbilicariis.



*Locus.* Crescit iisdem in locis cum Umbil. crinita promiscue, supra  
nuda saxa et rupes montis Bructeri haud infrequens.

*Explicatio Figurarum.*

4. Superior frondis pagina, rugis in hac squamatim imbricatis.
- a. Particula lente rugosa.
5. Frondis exemplar angustioribus rugis peripheriam versus sensim obliteratis.
6. Inferior ejusdem glabra superficies.
7. Annosior Lichen rugis protuberantibus condensatis.
- b. Tuberculum seorsim semicircularibus sulcis exsculptum.



T A B U L A XLIV.

Fig. 1—9.


U M B I L I C A R I A C R I N I T A.

*Umbilicaria crinita*, imbricato-plicata, margine undique  
crinita.

- Lichen proboscideus*, umbilicatus explanatus, lobisque centralibus; radicibus marginibus submarginalibusque ramosis, fuscocastaneis, scutellis per superficiem dispersis disco concentrica sulcatis, anthracinis Hedw. Stirp. crypt. Tom. II. 5, t. 1. A. With, bot. arrang. III. 208.  
*Lichen cornutus*, Latourrette, Chlor. lugd. 36.  
*Lichen proboscideus*, Wulf. Jacq. Musc. II. 80. t. 9. f. 2.  
*Lichen proboscideus*, Elsh. plant. crypt. exsicc. Dec. II. 19.  
*Lichen crinita*, umbilicatus margine crinitus, peltis nigris concinnatis subpedunculatis Lightf. scot. 860. Smith, Flor. lapp. 350.  
*Lichen polychizoi*, Weis, crypt. 81. Web. spicil. 265.  
*Lichen fronde imbricata*, subrotunda, punctata, inferne villosa stris scutellis Hall, hist. III. 2000. t. 47. f. 4.  
*Lichenoides cornutum marginibus eleganter fimbriatis* Dill. musc. 218. t. 29. f. 116.

**E** centrali tophacea radice in orbem spargitur frons uncialis, bi-triuncialis diametro, lobato-plicata: lobis depresso-centrum versus coacervatis, per marginem rotundatis, crenulatis, praemorsis laciniatis et in fimbrias divisis. Fimbriae nunc simplices, nunc ramosae, modo longiores et crassiores, modo breviores et frequentiores, denso quasi tomento marginem cingentes. Superficies cinerea in fuliginosum colorem tendens, rugulosa, hinc inde nigricantibus punctis exasperata (macula organa Hedwigii). Praeterea frondi innascuntur copiosa tubercula ab initio scutelliformia atra plana, dein semiglobosa, globosa, perbrevi pediculo insidentia et veluti e fetis circinnatim duces contexta, simplici serie vel etiam pluribus deinceps positis sulcis vel vorticibus,





centro introlabente trianguli, lunulato, linearis et etiam plane obliterato. Facies inferior laevis quidem, hinc inde tamen subulatis, ramosis radiculis conspersa, cinerea, fuliginosa, dilute fusca, rutilans. Aestate sparsae fimbriae plane evanescunt in margine, inferne sparsim adhaerent, superhe erosa ac rimosa appetet superficies.


Substantia rigida coriacea, aquae immersa lenta flaccidens, subpellucida, obscure ex cinereo viridis.

*Locus.* Nascitur in montosis, alpinis Galliae, Angliae, Scotiae, Helvetiae, Germaniac etc. Exemplaria depicta in monte Bructero Hercyniae legi.

*Observatio.* Tubercula ex sulcis circularibus contorta (gyroma Pers.) forsan denominationi proboscidem Elephantis exprimenti ansam dedere, quam vero ob linneanæ speciei incertam definitionem, et aliarum hujus generis, ratione tuberculorum habita, convenientiam mutare satius duxi.

*Explicatio Figurarum.*

- 1, 2. Umbilicaria crinita a superiori et inferiori facie, secca et nativa magnitudine.
3. Marginis particula ad lentem cum fibrillis aucta.
4. Tubercula seorsim ab anteriori et laterali facie, lente depicta.
5. Frondis exemplar brevioribus ac densissimis fibrillis undique crinita.
6. Lichenis hujos exemplar ab inferiori parte depictum, tuberculorum pedunculis sic melius conficiendis.
8. Lichenis cornel (Lstourrette) exemplar a superiori facie.
9. Tubercula ejusdem scutelliformis.
7. Exemplar per aetatem erofum, ac denudatum fibrillis.



T A B U L A X L V.

Fig. 1—5.

P L A T I S M A A Q U A T I C U M.

Platisma *aquaticum*, foliaceum subcoriaceum imbricatum lobatum: lobis obtusis.

*Lichen aquaticus*, Weit, crypt. 77.

*Lichen fluvialis*, Web. spicil. 265. t. 4.

*Lichen fluvialis*, Ehrh. plant. crypt. exsicc. dec. 4. 39.

*Lichenoides imbricatum luridum* Dill. musc. 224. t. 30. f. 128.

Cespes ex lobata fronde conflatus. Lobi plicati imbricatim locati, per margines obtuse sinuati incurvi, inaequali magnitudine. Superior pars saturata et fordide viridis madefacta, laevis; secca cinerea nebulosa, ex contractione in rugas vel lacunulas depresso, paucim glomeratis fusco, punctatis verrucis respersa. Scutellae si adsint, rariores sessiles, orbiculares, margine foliis concolore crasso, disco rufescente instructae sunt, in quibus superficies plane nuda, vel innumeris punctis pertusa. Inferne folia ad margines ochroleuca, fusca, interiora versus nigricantia, rugulis levidensibus exasperata.

Substantia lenta subcoriacea, in siccitate rigidiuscula, intus albicans.


Odor mucidus urinosus. Sapor debilis.



*Locus.* Ad Saxa intra aquarum rivulos Angliae, Germaniae. In fluviis Hercyniae die Brenke inter Braunlage et Schierke, inter Clausthal et Schlüß.

*Explicatio Figurarum.*

1. Planta humectata punctis pertusa.
2. Planta secca, verruculosa.
3. Planta scutelligera.
4. Tubercula ad lentem confpecta.
5. Scutellae secundum nativa magnitudine.



T A B U L A XLVI.

*Fig. 1—3.*

P L A T I S M A F A L L A X.

*Platisma fallax*, foliaceum diffusum, laciniatum crispum; scutellis terminalibus.

*Lichen glaucus*, Wulf. Jæg. Collect. 4. 276. t. 19. f. 2. (exclus. Syn.)  
*Lichen fallax*, Web. Spicil. 244. Dickf. Crypt. 1. 13. With. bot. arrangement. 3. 193.  
*Lichenoides membranaceum* tubae fallopianae nemulum Dill. musc. 165. t. 22. f. 58.  
*Lichen alpinus*, membranaceus, elegans, in amplas laciniias divisus, inferne albus, superne e  
 glauco subvirescens, receptaculis florum amplioribus, interna parte fuscis Mich. gen. 75.  
 t. 37.

**E**x eodem centro in palmarem siue latitudinem diffusum, profunde laciniatum: laciniis adscendentibus latecentibus, per margines sinuatis tenuiter et multisariam divisis, fimbriatis, granulosis vel pulverulentis. Superficies prona ex albo et viridi mixta in recenti, ex glauco albicans in desiccata planta, lacunis et rugis levibus exarata, nigris convexo-planis verrucis hinc inde adspersa.

Superficies supina ad margines candicans nitens, admixtis nigris vel fuscis maculis, centrum versus plane nigra. Scutellae laciniis extremis incident terminales, explanatae, madidae virescentes, siccae spadiceae, margine et collo contractae rugosae, eodem cum foliis colore; integerrimae, etiam crenulatae, laciniatae, disco convexo irregulariter protuberante.

Natura flexilis perquam mollis irrigata, rigidiuscula membranacea ex siccitate.

*Locus.* Supra Abietum corticem, locis montosis Germaniae, Carinthiae, Angliae etc.

*Observatio.* Licheni glauco Enum. meae Lich. (p. 91.) affinis quidem, sed scutellarum situs, foliorum divisio, substantia ac color cum eo discrepant.

*Explicatio Figurarum.*

1. Intrā chartām ducētā planta a superiori et
2. inferiori facie.
3. Scutelligera alia, nativa forma ac colore.

T A B U L A XLVII.

*Fig. 1—3.*

P L A T I S M A D I S S E C T U M.

Platisma *dissectum*, foliaceum depresso-sinuato-dissectum, subtus venoso-tomentosum; scutellis sparsis excavatis.

Lichen *dissectus*, foliaceus, depresso-laciniato-lobatus (junior multifidus) obtusus laevis utrinque albido, peltis concavis sparsis Swartz, prodr. 147.

Frons quaquaversus et in orbem plerumque expansa, superne laevis albida (in sicco), ex glauco vel cinereo virescens (in humido), in sinus vel lacunulas superficiales depressa; inferne ex albo in fuscum tendens, tomento venoso ad basin obscure fusco vel nigricante, arborum truncis et Mustis adhaeret. Margines profunde dissecti, sinuato-lobati: lobis laciniatis crenulatis obtusis vel truncatis, depresso, hinc inde etiam imbricatis.

Scutellae ab initio parvae verrucae, quibus punctum exiguum in medio est, quae dein augmentur ad lentis usque magnitudinem, cupulae similes, disco excavato rufo, in siccitate fusco-rufo, margine frondi concolore criso vel crenulato. Substantia lenta, subcoriacea.

*Locus.* Ex Jamaica attulit et ad me transmisit cel. Olof Swartz.

*Observatio.* Exceptis glomerulis illis, quae Lich. laciniato Hudf. adnasci solent, quibus vero depicta nostra exemplaria plane distituebantur, magnitudine, tomento subtus venoso paucisque tantum aliis notis ab eo differre videtur.

*Explicatio Figurarum.*

1. Intra chartam exsiccata planta a superiori et
  2. inferiori facie.
  3. Scutelligerum Exemplar ut in charta detentum se ostendebat

T A B U L A   X L V I I I

Fig. I.

## PSORA LENTIGERA.

*Pflora lentigera*, calcaria lactea lobata: lobis depressis scutellisque albo-marginatis.

*Lichen lentigerus* Web. spicil. 192. t. 3. Enum. lich. 60. t. 9. f. 4. Villars, Dauph. 3, 978.  
*Lichen lentigerus*, imbricatus foliolis lobatis, rotundatis crenatis, albis, scutellis flavis margine  
 albo Relh. cantabri. 430. (c. ic.) With. bot. arrang. 3, 177.

**C**rusta calcarea friabilis terrae arcte adnata satis crassa, per ambitum orbicularem undulato-lobata: lobis incisis crenatis rotundatis, medio depresso, marginatis, centrum versus confluentibus, vel obliteratis consertissimis.


Scutellae numerosae sessiles marginatae: margine obtuso, plano-concavae, demum plano-convexae, margine evanescente turbinatae. Color cinereo- vel carneo-lutescens, etiam nigricans, marginis semper albidus. Substantia cruscae diffractae etiam albida, humectata flexilis pulposa, in quibusdam ex glauco virescens, margine tamen semper albido prominente. Discus hinc inde nigro-punctatus. Natura nivea intus ad lentem tomentosocellulosa.



*Locus.* In montosis rupestribus Germaniae, Angliae, Galliae, Alsatiae etc. muscis instrata commixtis saepe Lich. citrino, decipiente, aliisque.

*Explicatio Figurarum.*

1. Muscorum cespes rosulis variae magnitudinis confitūs.
  - a. Lichenis exemplaria scutellis plano-concavis et convexo-planis obfīts.
  - b. Peculiaris varietas scutellis nigricantibus.
  - c. Dicissū lobi et scutellae particula dense cellulosa.



T A B U L A XLVIII.

*Fig. 2.*


P S O R A C I T R I N A.

*Psora citrina*, calcaria lobata: lobis angustis depresso subimbriatis, scutellis rufescensibus.

*Lichen citrinus*, extensus varie divisus lobatusque supra citrinus, subitus albus, scutellis concoloribus inaequaliter marginatis Hedw. Spp. II. 60. t. 30. c.  
*Lichen friabilis* Villars Dauph. 5. 979. t. 55.

Praecedentis olim varietas habita, pro ratione aetatis vel natralis loci pulposa farinacea friabilis crusta, quae si muscis innascitur, frondem acquirit foliolosam per ambitum lobatam: lobis angustissimis acervatis crenulatis subrotundis alterne depresso et elevatis; medius cespes in crustam tenacem undulatam albescensem hinc inde centrifugam confluit. Margo citrinus. Inferior et interna facies incana et alba.

Scutellae copiosae, sessiles, rufescentes, concavae, demum convexae, planae, margine crustae vel disco concolore cinctae, in junioribus leviter crenulato, in vetustioribus integerrimo. Discus rufus continet ex observatione Hedwigii thecas paraphysibus connatas, summitate sua colorem exhibentibus; semina intra has rotundata alba. Punctulis nigricantibus tantillum elevatis, polline intus refertis demum eleganter de vertice e luteo puniceis, floris masculi nomen imposuit.



*Locus.* Promiscue iisdem in locis cum priori, scruposo, muscorum candido etc.

*Explicatio Figurarum.*

- a. Cespes Lichenis Musco infiltratus, supra calcareos rupes Delphinatus lectus a D. Latourrette. Scutellae croceae.
- b. Minores alii.
- c. Senescens, margine tantum citrinus. Scutellae convexae ferrugineae.



DESCRIPTIO ET ADUMBRATIO  
PLANTARUM  
E CLASSE CRYPTOGAMICA LINNAEI

QUAE

LICHENES

DICUNTUR.

VOLUMEN TERTIUM

AUCTORE

D. GEORG. FRANC. HOFFMANN

MED. ET BOT. PROF. PUBL. ORD. HORT. REG. BOT. GOTTING. PRAEF. SOC. SCIENT. GOTTT. HARLEM.  
LINN. LOND. PHYS. LUND. TURIC. IENENS. RATISB. HIST. NAT. PARIS. ERFORD. WALTERSHAUUS.  
HANNOVER. ALIARUMQVE MEMBR.



LIPSIAE,  
APUD SIEGFRIED LEBRECHT CRUSIUM,  
MDCCLXI.

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

S. R. I. PRINCIPI AC DOMINO

D O M I N O

G E O R G I O C A R O L O ,

DEI GRATIA

E P I S C O P O W I R C E B U R G E N S I

FRANCIAE ORIENTALIS DUCI ETC. ETC.

DOMINO DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO,

DE PUBLICA SALUTE BENEMERENTISSIMO

MUSARUM OMNIUMQUE ARTIUM AC SCIENTIARUM

P A T R O N O

H U N C F A S C I C U L U M

D E V O T E S A C R A T

GEORG. FRANC. HOFFMANN.

CONSPECTUS TABULARUM

VOLUM. III.

Tab. XLIX.	Fig. 1.	<i>Patellaria frondosa</i>	Lichen frondosus.
Tab. XLIX.	Fig. 2.	— <i>fumosa</i>	— <i>fumosus.</i>
Tab. L.	Fig. 1, 2.	<i>Verrucaria petraea</i>	— <i>petraeus.</i>
Tab. L.	Fig. 2, c.	<i>Patellaria aurella</i>	— <i>aurellus.</i>
Tab. LI.	Fig. 1.	— <i>porphyria</i>	— <i>porphyrius.</i>
Tab. LI.	Fig. 2.	— <i>brunnea</i>	— <i>brunneus.</i>
Tab. LII.	Fig. 1-3.	— <i>Glaucoma</i>	— <i>Glaucoma,</i>
Tab. LIII.	Fig. 4-6.	— —	— —
Tab. LIV.	Fig. 1.	<i>Verrucaria fusco-atra</i>	— <i>fusco-ater.</i>
Tab. LIV.	Fig. 2.	— <i>geographica</i>	— <i>geographicus.</i>
Tab. LV.	Fig. 1, 2.	<i>Platifina filix</i>	— <i>Filix.</i>
Tab. LVI.	Fig. 1.	<i>Pfora coronata</i>	— <i>coronatus.</i>
Tab. LVI.	Fig. 2.	<i>Patellaria calcarea</i>	— <i>calcareus.</i>
Tab. LVII.	Fig. 1.	— <i>tigrina</i>	— <i>tigrinus.</i>
Tab. LVII.	Fig. 2.	— <i>pantherina</i>	— <i>pantherinus.</i>
Tab. LVIII.	Fig. 1.	— <i>arenaria</i>	— <i>arenarius.</i>
Tab. LVIII.	Fig. 2.	— <i>polytropa</i>	— <i>polytropus.</i>
Tab. LIX.	Fig. 1.	<i>Pfora radiofa</i>	— <i>radiosus.</i>
Tab. LIX.	Fig. 2.	<i>Umbilicaria polyphylla</i>	— <i>polyphyllus,</i>
Tab. LX.	Fig. 1.	<i>Pfora miniata</i>	— <i>miniatus.</i>
Tab. LX.	Fig. 2.	<i>Patellaria griseo atra</i>	— <i>griseo-ater,</i>
Tab. LX.	Fig. 3.	<i>Pfora radiofa</i>	— <i>radiofus.</i>

Tab. LXI.

Tab. LXI.	Fig. 1-2.	Patellaria grumosa	-	-	Lichen grumosus,
Tab. LXI.	Fig. 3-9.	—	falcina	-	— falcinus.
Tab. LXII.	Fig. 1-4.	—	contigua	-	— contigus,
Tab. LXIII.	Fig. 1-3.	—	multipuncta	-	— multipunctus,
Tab. LXIII.	Fig. 4.	Pflora Hypnum	-	-	— Hypnorum.
Tab. LXIV.	Fig. 1-4.	Patellaria detrita	-	-	— detritus.
Tab. LXV.	Fig. 1.	—	fusco-lutea	-	— fusco-luteus.
Tab. LXV.	Fig. 2.	Placodium diffusum	-	-	— diffusus,
Tab. LXV.	Fig. 3.	Platisma Jaciniatum	-	-	— laciniatus,
Tab. LXVI.	Fig. 1.	Placodium orbiculare	-	-	— orbicularis,
Tab. LXVI.	Fig. 2.	Platisma eucullatum	-	-	— eucullatus,
Tab. LXVII.	—	Ufhea flaccida	-	-	— divaricatus,
Tab. LXVIII.	Fig. 1-4.	Ufhea ochroleuca	-	-	—
Tab. LXVIII.	Fig. 5-7.	Umbilicaria flocculosa	-	-	— flocculosus,
Tab. LXIX.	Fig. 1, 2.	—	penylvanica	-	— penylvanicus,
Tab. LXX.	Fig. 1-5.	—	erofa	-	— erofus,
Tab. LXXI.	Fig. 1-5.	—	hyperborea	-	— hyperboreus,
Tab. LXXII.	—	Ufhea dichotoma	-	-	— dichotomus.

TABULA



I  
T A B U L A XLIX.

Fig. I.

T A B U L A LI

Fig. L

P A T E L L A R I A F R O N D O S A.


Patellaria *frondosa*, leprosa, farinosa-crustacea, scutellis coccineis margine crusta concoloribus.

Lichen *coccineus*, faxatilis late effusus; crusta farinosa leprosa flavo; scutellis immersis diffor-  
mibus coccineis Perf. in Ann. bot. II. 17.

Lichen *porphyrius*, crusta leprosa pulverulenta tenui, palecente-alba; scutellis prominulis  
orbicularibus coccineis Perf. in Ann. bot. II. 17. Var.  $\beta$  Lich. Haemat.  
Verrucaria *frondosa* Flor. Germ.

Late effusa crusta, modo crassior, modo leprae similis farinosa sparsa, praefertim si lapidi arenario innascatur, per crustam hinc inde emicanti. Color ex glauco vel flavescente in viridem tendit, vel ex cinereo pallescit. Superficies undique similaris.

Scutellae sparsae quidem, hinc inde tamen etiam approximatae, laete sanguineae, crassiori crustae immersae ab eaque margine concolore oblitiae aequa farinosa. Altius progressae demum e crusta emergunt saturati coloratae, margine conspicuo integro vel varie flexo crenulatoe cinctae.



*Locus.* Exemplaria in montosis Hercyniae lecta, faxum porphyrium longe lateque incrustant; alia in vicinitate nostrae urbis (Gottingae) tenuissime saepe in frondem orbicularem expansa in lapide arenario inhabitant.

*Observatio.* Cum V. Haematomma, quam t. II. silit, multis modis quidem convenit, certis notis vero ab ea fatis superque dissentit, praecipue crusta friabili leprosa, neque ealcea neque tartarea dicenda, scutellarum figura, quibus perpetuum ac consans est, habere marginem distinctum, ut nihil dicam de coloris varietate. Arenario lapidi innascens crusta tenuior, scutellae minutae tumentes irregulares. Hae vero post aliquot tempus crustae partem secum trahunt et distinctum acquirunt marginem. Color pallens glaucus in eodem saepe individuo immiscetur viridi-flavescens. Etiam omni scutella orbata, faciem leprae habet sulphureae Ehrb. crypt. exf. 208. Vix, opinor, specie diversum esse Lich. *porphyrium* T. St. depictum, Crusta albicans est, inaequalis, leproso-tartarea, saltem ad lentem farina adpersa, scutellae saturate coccineae marginatae; Uno verbo quoad crustam spectat V. Haemat. quoad scutellas P. frondosam. Exemplaria viva Lich. *coccinei* Dickf. quae in horto suo brittanico sicco 5, 24. continentur, certe convenient cum illo porphyrio magis, quam cum nostra frondosa.

#### Explicatio Figurarum.

Tab. XLIX. Fig. 1. Exemplar Lichenis frondosae super arenarium lapidem expansi.

a, b. Portiones crustae partim opere vitreae lenti conspicetae.

Tab. LI. Fig. 1. Exemplar Lichenis porphyrio innascens faxo.



#### T A B U L A X L I X.

Fig. 2.

#### P A T E L L A R I A F U M O S A.

*Patellaria fumosa*, crustacea tartarea rimosa fuliginosa, scutellis immersis nigris, disco conico.

*Verrucaria fumosa*, Flor. Germ.

**C**rusta late serpit rimosa quidem, perpetua tamen et aquabilis, colore ex cinereo fuliginoso, versus peripheriam dilutior, ultra semilineam vix crassa, demum a lapidis natura, quem obducit, aegre distinguenda. Ad lentem accuratius considerata rimosa non solum conspicitur, sed inter areolas quoque cicatricosa varieque in scrobes depresso et squamuosa; ubi hoc peculiare est, quod discissa areolarum substantia cornea quasi cultello renitens, interius fusca, admixto per ambitum virore tincta adpareat.

Scutellae sparsae sunt ab initio depressae, ex Schisti colore nigrae, tenui margine concolore oblitiae; maturae se efferunt subsidente margine, tamen conspicuo, disco vero in mammillam convexam seu conum brevem elevato. Substantia interior similaris, cornea, nigricans.

*Locus.* Ad faxa arenosa non infrequens, in rupibus Gottingae vicinis.

#### Explicatio Figurarum.

Lapidis portio, cui innascitur Lichen nativa forma ac colore depicta.

a. Crustae particula una cum scutellis ope lenti vitreae conspiceta.

b. Abrasae crustae et humectatae particulae, ut fabrica duplex interioris substantiae conspicui queat.

## T A B U L A L.

Fig. 1—2.

## VERRUCARIA PETRAEA.

Verrucaria petraea, crustacea subcinerea, scutellis nigris  
depressis concentricis.

Lichen petraei, leproso-crustaceus, suborbiculatus, e cinereo viore albens impalpabilis,  
tuberculis lentiformibus atris opacis immarginatis subconcentricis obsitis Wulf. in Jacq.  
coll. 3. 116. t. 6. fig. 2. lit. a.  
Verrucaria petraea, Flor. Germ.

**C**rusta tenuis impalpabilis cohaerens aequabilis, in maculas extensa suborbicularis, colore ex cinereo in lividum, subfuscum, magis tamen in albidum vergente, rimosâ ad lentem potissimum: rimis capillaribus in areolas fissa.

Scutellae in crustae areolas impressae iisque sublinitae, vel simplices, vel adeo contiguae, ut reipse confluere videantur, aut certe confluant; planae ceterum, margine concolore nigro non valde conspicuo, in humido praesertim, cinclae, disco depresso. Collocatio scutellarum in hac specie peculiaris est. Etenim in subconcentricas series vel circuli segmenta coordinatae sunt, ut interiora versus continuo in angustiores series coarctatae et pressius sibi adnatae vel plane confluentes conspiciantur.

*Locus.* Haud infrequens in saxis rupestribus, in arenoso lapide, ubi dilutior crusta esse solet.

*Observatio.* Occurrit non raro crusta maculiformis vix, nisi colore, a lapidis natura distinguenda, cui insident scutellae nigrae complanatae Lich. punctato similes, contiguae subconcentricae. A confinibus: V. contigua et pantherina scutellarum situ ac figura, nec non crustae conformatio pincipue distinguitur.


## Explicatio Figurarum.

Fig. 1. Monstrat exemplar huius Lichenis, quod deboeo rev. Abb. Franc. Xav. a Wulffen, in quo scutellae minus ordinatae collocantur, ad lentem si conspicias vix peculiari margine instructae, vel tamen ita in areolas crustae impressae, ut aegre is conspiciet queat.

Fig. 2. Eundem Lichenem fistit arenarium lapidem incrustantem, nativa forma ac colore.

a. Particula crustae ope lentis vitreae sueta, rimosa, una cum scutellis pressissime sibi adnatis, proprio margine vel adscitio ab areolarum elevatione, siveisque aliquibus insignitae.

b. Scutellae solitariae.



## T A B U L A L.

Fig. 2. c.

## PATELLARIA AURELLA.

*Patellaria aurella*, acrustacea, scutellis minutis flavis margine  
concolore cinctis.

Lichen scutellis nudis fessilibus flavis Enum. Lich. t. 6, fig. 6,

*Verrucaria aurella*, Flor. Germ.

**V**ix opinor specie a *P. vitellina* t. 26, fig. 2. delineata differre, nisi quod  
scutellae undique per lapides sparsae sint fere nuda, plano-convexae,  
tenuissimo margine, absque vitrea lente vix observando, oblinitae. Color  
disci, ex aureo plus minusve flavescens, marginis dilutior.

*Locus.* Frequens inter alios Lichenes ad arenaria saxa.

## Explicatio Figurarum.

Fig. 2. c. In eodem lapide cum *V. petraea* et *P. dispersa* delineatae exhibentur scu-  
tellae sparsae, aurellae.

d. Scutella solitaria ad lentem vitream sueta.



## T A B U L A LL.

Fig. 2.

## PATELLARIA BADIA.

*Patellaria badia*, crustacea tartarea olivaceo-cinerea rimosa,  
scutellis plano-convexis badiis margine crusta concolore.

Lichen *badius*, crux leprosa olivaceo-cinerea: scutellis majusculis confertis/margine crusta  
concoloribus Perf. in Ann. bot. 7 27.

Lichen *fuscarus*, crux tartarea verrucosa ex olivaceo fusca, scutellis confertis margine  
crusta concoloribus Schrad. spec. 83.

*Verrucaria badia* Flor. Germ.

**C**rusta tartarea satis crassa, a centro peripheriam versus tamen extenuata  
varieque in orbicularem saepe figuram extensa, lineisque nigris veluti cir-  
cumsepta, etiam sine his, per superficiem rimoso-verrucosu, e cinereo sen-  
sim versus centrum in olivaceum vel ignobilorem colorem tendens, interius  
diffusa albicans.


Scutellarum insignis in centro reperitur proventus, adeo saepe con-  
fertae, ut totam crustam penitus obscurant, pressissime hinc inde fibi adnatae,  
flexuosa, plano-convexac, saturate ex olivaceo fuscae vel badiæ, margine  
cinctæ integro vel leniter undulato, coloris ejusdem subjacentis crustæ,  
cinerei vel fusco olivacei.

*Locus.* Ad saxum trapezium Hercyniae. Etiam ad Basalten.

*Observatio.* Habita denominationis ratione Lichen *badius* crustaceus fuscus, scutellis planis badiis *Swartzii*, in nov. *Ad. Upf.* 4. 217. designatus, in multis cum nostro consentire, at, exemplaribus inter se comparatis, potius cum Lichene brunneo *Ejusd.*, multifloro *Erb.* convenire ille, nosfer vero satis diversus esse videtur.

*Explicatio Figuræ.*

Saxi fragmen trapezi Lichene *badio*, geographicō, albo-atro aliisque incrustatum nativa forma ac colore exhibetur.



T A B U L A LII.

*Fig. 1—3.*

T A B U L A LIII.

*Fig. 4—6.*

P A T E L L A R I A G L A U C O M A.

Patellaria *Glaucoma*, crustacea albida, scutellis pallidis, velatis caefiis, nigricantibus.

---

Lichen *leprosus albicans*, tuberculis glaucis, demum erumpentibus atris Enum. Lich. t. 5. f. 4.  
 Lichen *rimosus*, *leprosus albicans*; crusta rimosa insulis subrotundo - angulosis; scutellis glaucis albo margine, Dickf. fasc. 1. 12?  
 Lichen *fordidus*, crusta leprosa late effusa fordide cinerea, scutellis sparsis pulverulentis albido-cinereis Pers. in Ann. bot. 7. 26.  
 Lichen *albido-caefius*, crusta tartarea albida, verrucis caefiis pruina albida conspersis Schrad. spic. 87.  
 Lichen *rimosus*, crustaceus albicans, frustulis subrotundo - angulatis, scutellis glaucis albo-marginatis Retz. scand. 2. 1529. Pl. dan. t. 468. fig. 3?  
 Lichen *varians*, crustaceus albus, scutellis atris nitidis: margine albo Davief. in Transact. lin. 2. 284. t. 28. fig. 3.  
 Verrucaria *Glaucoma*, Flor. Germ.



**C**rusta late, hinc inde orbiculatim per lapides effusa, plus minusve albida, senectuti proxima in fordide albidum, vel ex albido in olivaceo - cinereum vergens colorem. Superficies rimosa, in quibusdam etiam verrucosa.

Scutellae colore aequo ac forma notabili modo variant, tot earum diversitatis a me deprehensae sunt; ut singulis figurandis par non fuerim. Interim omnes in eo convenient, quod ab initio pallidae, depressoae sint;

*Vol. III. Figs. I.*

C





ejusdem frequenter cum crusta coloris, dein ex caelio glaucescant pellicula (quasi pruina) obductae, qua abscedente demum convexiores fiant, nigrescant. Marginis non una eademque facies, interdum integer aequalis, interdum flexuosus crenulatus adparet. Substantia interna similaris carnosa.

*Locus.* Ad saxa arenaria, porphyria, Basalten.

*Observatio.* Aetatis primum ratio habenda, tum loci natalis, quippe quae non pauca in Lichene mutant, et magnitudinem non solum, sed etiam colorem aequem ac figuram mirum in modum variant.

*Explicatio Figurarum.*

Tab. 52. Fig. 1. Sistit peculiarem hujus Lichenis varietatem scutellis et crusta ochreo-pallidis, elevatis, per lensem margine undulato, hinc inde quasi duplicato cinctis.

a. Particula crustae una cum scutellis ad lensem aucta.

Fig. 2. Exemplar adumbratur, in quo scutellae depressiores albido-caesiae.

b. Particula crustae magis rimosae cicatricosae ad lensem expressa.

Fig. 3. Crusta orbicularium effusa, innumeris minutis scutellis, partim crusta concoloribus, partim albido-caesius tecta.

c. Particula crustae una cum scutellis ad lensem aucta magnitudine delineata.

Tab. 53. Fig. 4. Exemplar aliud, in quo scutellae sparsae e crusta hinc inde elevatae approximantur fig. 1. t. 52. partim depressae albido-caesiae convenienter cum fig. 2. ejusd. tab.

d. Particula crustae una cum scutellis ad lensem vitream depicta.

Fig. 5. Exhibit exemplar, in quo scutellae sparsae senectuti proximae nigrescent, intermixtis aliis adhuc pellicula obductis.

e. Particula crustae una cum scutellis ad lensem observata.

Fig. 6. Scutellae in hoc exemplari omnium minutissimae, numerosissimae partim convexae albido-caesiae, partim depressae crustae concolores marginatae. Lich. geographicus varietas singularis, obducit mappae geographicae ad instar reliqua lapidis spatiola.

f. Particula una cum diversicoloribus scutellis ad lensem vitream spectata.

T A B U L A LIV.

Fig. 1.

VERRUCARIA FUSCOATRA.

*Verrucaria fuscoatra*, crustacea cinereo-fusca rimosa, scutellis nigris depressis contiguis crustam aequantibus.

*Lichen fusco-ater*, leproso-crustaceus, fatinaceus, obscure griseus; tuberculis lentiformibus immarginatis atris Wulf. in Iacq. coll. 2. t. 14. fig. 3.

*Verrucaria fuscoatra*, Flor. Germ.

**C**rusta latissime per saxa diffusa tenera aequabilis rimosa, crassior rimos verrucosa, coloris e cinereo dilute rufescens, fusci, vel (ut verbis utar Wulfenii) in dilutissimam velut umbrae nigredinem emorientis, admixto tamen semper aliquid rufescens.

Scutellae copiosissimae depressae vel inter areolas crustae impressae, ab earumque mutuo contactu quasi angulatae, contiguae, nigrae, ad lensem margine obscuro concolore cinctae; diversae magnitudinis in aliis, in aliis minutae aequales.

*Locus.* Ad saxa in rupestribus montosis. In arenoso lapide apud nos, nunquam in cortice vel ligno.

*Observatio.* Bene oculatum requirit inspectorem, caute enim et circumspete a congeneribus aliis, quas in Flora germanica enumeravi, distingui debet.

*Explicatio Figurarum.*

Fig. I. Siquid exemplar hujus Lichenis ab ipso rey, a Wulfen mecum benevolè communicatum, nativa forma ac colore.

a. Particula crustae una cum scutellis ad lentem vitream delineata.

T A B U L A LIV.

*Fig. 2.*

VERRUCARIA GEOGRAPHICA.

*Verrucaria geographica*, crustacea rimosa tessellata lutea, scutellis depressis nigris in lineas confluentibus.

Lichenoides nigro-flavum, tabulae geographicæ instar pītūm Dill. musc. 126. t. 18. fig. 5.  
Lichen *geographicus*, leprosus flavescens, lineolis nigris mappam referens Enum. Lich. t. 3. f. 1.  
Lichen *geographicus*, leprosus, flavescens, lineolis ramosis punctisque nigris mappam referens Roth, Germ. 492.

*Verrucaria geographica*, leprosa flavescens mappiformis tuberculis nigris punctisque in lineas curvas notatis Humb. frīb. 43.

*Verrucaria geographica*, Flor. germ.

**C**rusta tenuis late expansa, nigra, cui insident areolae luteae, c. luteo virescentes, angulosae, rotundatae, figuræ variae, contiguae, lineis nigris vel interceptae, vel a subiecta crusta circumlinitæ.

Scutellæ intra areolarum intersectiones collocatae, vel potius impressæ, nigrae, plerumque contiguae, aliquando in lineas coordinatae, confluentes, ad lentem vix conspicuo margine cinctæ, disco subsidente.

*Locus.* In rupestribus montosis, saxosis, per quatuor mundi plagas.

*Observatio.* Luteus color exalbescit vel in fuscum senescit. Occurrit particulis eleganter aureo-luteis, majoribus, a scutellis protuberantibus ocellatis. Occurrit aliis minoribus rotundatis flavo-virescentibus, ocellatis,

*Vol. III. Fas. I.*


D



dispersis; occurrit denique aliis minutissimis cohaerentibus areolis nudo oculo vix inter se distinguendis, qualem fistit fig. 6. t. 53. Seminum conformatio ad lentem maxime augentem considerata (thecis enim inclusa sunt semina stupae filamentosae scutellatum connatis) affinitatem et transitum ad Opegraphas indicat.

*Explicatio Figurarum.*

- Fig. 2. Exemplaria duo hujus Lichenis exhibentur, quorum  
 b. supremum ostendit eam varietatem particulis majoribus contiguis ocellatis.  
 c. Ad lentem consideratae hae particulae, in  
 d. punctis nigris notatae scutellisque interceptae angulosis confluentibus.  
 Infimum ostendit V. geographicam intermixtis et circumseptam aliis Lichenibus:  
 sulphureo, tessellato et nigro.  
 a. Particula areolarum una cum scutellis ad lentem vitream anna.



1.



2.



b

d

Squres folio 173

1.



2.



1.



*a*

2.



*b*

3.



*c*

*Tab. LIII.*


4.



5.





6.




*Bonner J. 1850. 173.*

1.



2.



1



2.



ILLUSTRI VIRO  
G E O R G I O B E S T ,

MAGN. BRIT. REGI AB AULAE CONSILIIS ET IN SANCTIORI  
MINISTERIO A SECRETIS SOC. REG. LONDINENSIS,  
IMPER. OECONOM. PETROPOLIT. etc.  
SODALI

SCIENTIARUM UTILIUM INQUE HIS REI BOTANICAE

PATRONO AMICO FAUTORI

H U N C F A S C I C U L U M

DEDITAE AC OBSTRICTAE MENTIS

S I G N I F I C A T I O N E M

C O N S E C R A T

G E O R G . F R A N C I S C . H O F F M A N N .



T A B U L A LV.

*Fig. 1, 2.*

P L A T I S M A F I L I X.

*Platisma Filix*, stipitatum erectum dilatatum, laciniatum, sub-  
tus venosum croceum, punctis excavatis conspersum.

---

*Lichen Filix*, fronde stipitata, bifida laciniata, lobata: lobis obtusis crenatis, scutellis spar-  
sis planisculis Lin. fil. Meth. mult. in act. med. suec. T. 1. p. 201, t. 15, f. 1.  
Lichen 584. Forst. prod. Flor. aust. append.

---

**S**tipite brevi nudo in frondem dilatato fibrillisque numerosis instructo,  
terrae muscisque adnascitur. Simplex frons in sat amplas lacinias divisa  
ultra medianam ejus partem, iterumque subdivisa in angustiora segmenta,  
angulorum marginibus sinuatis, rotundatis, obtusis. Ultimi fines excisi  
crenulati quasi crispum constituant marginem. Facies prona glabra,  
plana et compressa in exemplaribus exsiccatis, lacunis et rugis superficia-  
libus exarata, stipitem versus altius ductis, coloris e cinereo rufescentis  
vel vaccini. Facies supina ex ochreo et coriaceo in elegantem croceum  
vergit colorem, tomento ex villo perbrevi spongioso obducta in plicas  
seu rugas elevata, a peripheria frondis et laciniarum stipitem versus con-  
vergentes, sensimque crassiores. Pustulae minutissimae ore tenui apertae,  
intra villos quasi immersae, prope marginem adparent nudae.





Scutellae in prona superficie sparsae, in extremis laciniis sitae, orbiculares sunt et sessiles, rufo-fuscae, margine concolore sat crasso oblitiae; maiores ex plano convexae sunt, margo gracilescit.

Substantia solida lenta tenax quasi subcoriacea, eo crassior quo stipiti proximior.

*Locus.* Depicta exemplaria ex ipsa b. Forsteri collectione fccorum plantarum, Auctorisque Flor. Insul. austr. prodr. manu propria numero citato insignita. In nova Zelandia habitare, testem habeo b. Lin. fil., qui loco adducto frondem bifidam descripscerat, forsan in unico exemplari obviam. Mihi olim dictum genus Lichenum, fronde foliacea lobata dilatata, Platissima (Plant. Lich. I. 68.) etiam nunc sub generico nomine Lobaria comprehendo, in altera Florulae Germanicae parte.

#### *Explicatio Figurarum.*

1. Integrum exemplar sicut, quale intra chartam servatum apparebat, colore ac figura.
2. Idem ab inferiori parte spectatum. Stipiti adnascitur Jungermanniae species, quoad folia Iavanicae similis.



#### T A B U L A LVI.

*Fig. 1.*

#### PSORA CORONATA.

*Psora coronata*, crusta cinerea granulo-foliolosa, scutellis rufescensibus depresso a crusta marginatis.

*Verrucaria Coronata*, crusta cinerea leproso-granulosa; scutellis rufescensibus depresso a crusta granulo-margine cinctis, disco convexo Flor. Germ. p. 175.


Iam nudis oculis crusta granulosa cinerea in caeruleoscentem vergens color, grumosa quasi, ad lentem ex fragmentis quasi coagmentata minorum foliolorum, conspicienda.

Scutellae undique crustae insident et a prima aetate marginem acquirunt ex iisdem crustae granulis compositum. Interior pars seu discus convexus, e carneo vel ferrugineo colore rufescit, quibus notis praecipue differt a confinibus: *Verrucaria* nempe *rubella*, leprosa albodlavescente cinerea, scutellis rufescensibus margine pallidiore cinctis et *Psora* pezizoidea, leprosa granulo-foliolosa subcinerea, scutellis depresso luteo-rufis margine proprio crenulato cinctis; nec non ab ejus varietate *nebulosa*, cui crusta obscurior, una cum scutellis frequenter brunnei vel nigricantis coloris.

*Locus.* In terra super Muscis, in saxis. Depictum exemplar saxis adnascens e Gallia nomine Lichenis vernalis La Tourette accepi.

*Explicatio Figurarum.*

Naturali est acuta magnitudine depicta particula.




T A B U L A LVI.

*Fig. 2.*

PATELLARIA CALCARIA.

*Patellaria calcaria*, crustacea effusa lactea, scutellis convexis atris a crusta marginatis.

*Lichen calcarius* Wets. crypt. 40.  
*Verrucaria calcaria* Flot. gerin. p. 185.



**C**rusta effusa in maculas irregulares, margine rotundato varieque confluente, colore candicante. Substantia dura calcarea, friabilis; in ficitate rimosa alba, aequabilis tamen et vix nisi humore irrigata absindenda.

Scutellae utplurimum magnitudine aciculae caput aequantes, crustae insident, sparsae vel adproximatae, contiguae, nigrae, hinc inde minores quasi pruinatae, planiusculae, margine tenui a crusta proveniente cinitae, eiusdem cum crista coloris, etiam magis convexo disco, prominente, nitente aterrimo, tamen persistentis. Interior natura eiusdem cum superficie coloris.

*Locus.* Rupibus adnascitur et lapidibus sparsis, praecipue in vicinitate urbis nostrae.

*Vol. III. Fase. II.*


B



*Observatio.* Lichenoides tartareum tinctorium candidum, tuberculis atris Dill. Musc. t. 18. f. 8., quod est Lich. calcarius auctorum quorundam, distinctam suspicor speciem constitutere, cui tubercula adscribit Dillenius inventu rariora, atra, nullo margine cincta. Aliam varietatem vel subspeciem non male vocabat *cretaceam* b. Ehrhardus (Beitr. 7. 12.), crusta enim appetet candidissima farinosa tamen cohaerens cretacea; Scutellae vix emergentes, pruina quasi ab initio contecta sunt.

*Explicatio Figurarum.*

Lapis integer hoc Lichene, aliisque crustaceis interspersis obductus.  
Particula crustae cum emergentibus scutellis separatis, auctiore mole.



T A B U L A L V I L

Fig. 1.

PATELLARIA TIGRINA.

Patellaria *tigrina*, crustacea aequabilis lacteo-candida; scutellis nigris depresso a crista marginatis, demum convexis, contiguis excentricis.

Verrucaria *tigrina* Flor. germ. 2. 185.

A priori calcaria jam primo aspectu crusta, saxo porphyrio innascens, distinguitur, expansione aequabili undique, neque peculiari margine limitata, cohaerens, interceptis insulis hinc inde lineaque nigra circumseptis paucis, arctissime lapidi adnata, nec aliter nisi abradendo ab eo separanda; coloris lacteo-candidantis vel paulo sordidioris et in carneum quasi vergentis. Ad lentem si conspiciatur subtilissime adparet crusta rimosa.

Scutellae numerosissimae, ab initio vix a crustae areolis distinguendae, depresso, nebulosae; dein emergunt maculiformes, nigrae fluctuante margine a crista proveniente, demum convexae, flexuose, (sublente etiam cicatricosae, at non semper) aterrime praesertim humore irrigatae, et in lineas excentricas vel areolas adparent coordinatae; etiam si approximatae tamen quaevis scutella a vicina, margine suo proprio vel rima remanet seuncta.

B 2

*Locus.* In rupibus saxo porphyrio adnasci solet. Prope Ihlefeldt collegit *Persoon*. Aliam ex Sueciac rupestribus habeo, scutellis maiori- bus convexioribus, dispersis magis, neque aliter diversam.

*Explicatio Figurarum.*

Rupis abscissum fragmen naturali magnitudine, adstante particula auctiore mole depicta.

T A B U L A L V I I .

*Fig. 2.*

PATELLARIA PANTHERINA.

*Patellaria pantherina*, crustacea albida, scutellis depresso nigris margine concolore cinctis contiguis excentricis.

*Verrucaria pantherina* Flor. Germ. 2. 184.

Ex tenui crusta albicante rimosa innumerae nascuntur scutellae confer- tim posita, cohaerentem crustam et etiam ea loca, ubi definit adesse, un- dique occupantes. Variam autem et ab antecedente figuram et structu- ram diversam singulæ obtinent scutellæ. Eae cohaerent quidem in lineas vel coaccervantur in areolas, sed ipsæ longe minores sunt, aquabiles de- pressæ, quibusdam in locis impressæ subrotundæ, sinuosæ et rugosæ, proprio nigro margine instructæ, etiam si crusta saepius ita cum margine elevetur, ut eum circumlinire vel effigurare videatur.

*Locus.* In axis et rupibus arenosis.

*Observatio.* Priori subjici ut subspeciem hanc, utramque *Verrucariae* nomine insignivi (Flor. germ. 2. 169.) sub quo genere nunc omnes etiam militant patellariae.

*Explicatio Figurarum.*

Fragmen arenosum lapidis undique obtectum scutellis, quae finistrorum auctiori mole depictæ sunt.

## T A B U L A LVIII.

Fig. 1.

## PATELLARIA ARENARIA.

*Patellaria arenaria*, crustacea leprosa cinerea albido-caesia, scutellis rufescenti ferrugineis, margine dilutiore.

*Verrucaria arenaria* Flor. germ. 2. 178.

*Lichen arenarius*, crusta leprosa pulverulenta caesia; scutellis croceo-rubris. PENS. in An. bot. 7. 27.

In lapide arenario rubro friabili, crusta vel penitus nulla vel tantum leprosa tenuis cinera. Etiam maculae hinc inde circinatim crustae instar explicatae, vel crassior crusta albido-caesia, rimosa, farinosa, granulosa.

Scutellae dispersae vel acervatim congestae, subrotundae, nunc ovatae, nunc ex mutua pressione angulosae, parvae planiusculae adpressoae, disco saturate ferrugineo rufescenti, margine dilutiore rubiginoso, aureo-flavescenti, integro vel flexuoso cincto. Scutellarum caro per maturitatem saepe excidere solet et dilutum albido-flavescens loculum relinqueret. Humore irrigatus discus carnosior adparet, prominet marginemque fere obliterat, ferrugineo tunc facile similis, per siccitatem tamen subsidet et fere planus fit.

*Locus.* Ad saxum arenarium rubrum friabilem.

*Explicatio Figurarum.*

Fragmen lipidis dextrorum sitit specimen fere acrustaceum; alterum sinistrorum, crusta obductum albido-caesia. Inferius particula ad lentem, extensiore figura depicta.

## T A B U L A LVIII.

Fig. 2.

## PATELLARIA POLYTROPA.

*Patellaria polytropa*, flavo-virens scutellis conspersa plano-convexis dilute carneo-flavis.

*Verrucaria polytropa*, flavo-virens scutellis undique conspersa piano-convexis e dilute carneo flavescentibus Flor. germ. 2. 196. *Lichen atro-virens* WULF. in Jacq. collect. 2. 163. t. 14. l. 2.

Crusta tenuis sparsa leprosa flavo-virens, ad lentem cohaerens rimosa, succenturiata in aliis tenerrima, farinacea, superficialis atra (qualem descriperat rev. a WOLFEN) frequentissimis undique confertisque feminata scutellis, ab initio exiguis, marginatis: margine sicco dilutioris coloris, dein convexis, pulvinatis subglobosis, rotundatis, angulosis, sparsis vel conglomeratis, absque margine conspicuo, aquose e flavo vel carneo-virentibus, a mutua pressione angulatis, disco hinc inde vel ipsa crusta nigro punctatis. In quibusdam exemplaribus observo scutellas discum lividum vel nigricantem marginem immutatum gerentes, quae in vicinitate priorum conspicuntur et ad Patellariam variam potius quam ad polytropam pertinere videntur.

*Locus.* Saxo adspersa ex Quarzo et Steatite composito (WULF.), Granito friabili in Hercynia; Etiam Schisto.

*Explicatio Figurarum.*

Fragmen Schistosi lapidis scutellis et crusta penitus obtectum; particula eius lenti subiecta adiicitur.



 TABULA LIX.

Fig. 1.

## TABULA LX.

Fig. 5.

## PSORA RADIOSA.

*Psora radiosula*, subimbricata orbicularis crustacea, foliolis linearis multifidis radiantibus cinereis, scutellis confertis.

---

Lichen *radiofur*, crustaceus imbricatus, foliolis obsolete lobatis radiantibus cinereis, scutellis minimis fuscis. Enum. Lich. t. 4. f. 5.

Lichen *subimbricatus*, crustaceus cinereus subimbricatus, scutellis atris confertis, margine albo. RELH. cantabr. 427. c. ic.

Lichen *circinnatus*, orbicularis, foliis tartareis imbricatis cinereo-caesis; scutellis nigrescentibus. PENS. in An. bot. 7. 25.

Lichen *radiofus*, crustaceus, rimosus, cinereus, ambitu foliaceo-radiofo; tuberculis confertis, planis fuscoc-nigris, cinereo-marginatis.

Placodium radiosum ACHAR. in Kon. Vet. Acad. n. Handl. 15. 189. t. 6. f. 5.

Lobaria *radiosa*, subimbricata orbicularis depreffa: foliolis lobato multifidis radiantibus cinereis; scutellis confertis fuscoc-nigris. Flor. Germ. 2. 157.

---

Orbicularis fere semper, sed rarius exacte circularis, magis tamen in prima actate, proiectior plus minusve extensa, saepe in palmarem latitudinem, arctissime lapidi adnata, foliolis componitur crustaceis multifidis inciso-lobatis, subimbricatis centrifugis, in marginem eleganter dispositis et coordinatis, ex mutua pressione in rugas s. plicas elevatis, iterumque depresso. Color e cinereo in caesium vel dilute cinereum, ex hoc transit saepius in rufescensem. Detrita interior substantia



tia albescit. Ad lentem accuratius examinata foliola hinc inde quasi pruinata adparent, rimis transversis punctisque nigricantibus insignita. Ab initio exiguae sunt scutellae, areolis quasi innumeris septae, e quibus tanta proveniunt copia, ut penitus centrum orbis obfuscet. Confertissimae haec orbiculares scutellae a mutua pressione fiunt angulatae, depresso-fusci vel nigricantis coloris, margine tamen cinereo vel albido tenui distinguendo. Progressu temporis exsurgunt inter reliquas, maiores aliae, lenticiformes, plano-convexae, rufo-fuscae scutellae. Etiam occurunt orbiculi margine seu fimbria caerulecenti-cinereo, disco fere plano, foliolisque instructi ad lentem rimosis, nigro-punctatis; in singula arcola stigmata saepe numerosa.

*Locus.* Haud infrequens in lapide calcario, saxo, etiam rupestri.

---

 Explicatio Figurarum.

Fig. 1. Sistit orbem mediae magnitudinis lapidi insarcitatem.

Tab. LX. Fig. 5. Juniores alium ex iis, ubi ope lenti foliola planiora transversam rimosam per superficiem punctata conspicuntur.

---

## T A B U L A LIX.

Fig. 2.

## UMBILICARIA POLYPHYLLA.

*Umbilicaria polyphylla*, imbricata utrinque glabra, superne fusco-aenea, inferne atra.

*Umbilicaria polyphylla*. Flor. germ. 2. 109.

**E**x radice peltata brevi, saepe obliterata, rosacee explicatur frons in lobos divisa, sine ordine imbricatos et flexos, plicatos, undulatos, marginibus nunc obtusis crenatis, nunc repetito subdivisis, laciniatis, crenulatis. Centrum versus coacervantur lobuli, vel planiuscula magis simplex et parum divisa, potius lacerata, margine erosa, remanet frondis expansio. Superficies aequabilis, utrinque glaberrima, praeter aliquam apredinem, cuti anserinae similem, in inferiore atra superficie observabilem, potissimum oculo armato. Superficies superior fusco-aenea in siccitate, olivacea humore irrigata.

Scutellae pro more huius generis contortae varieque effiguratae ratione aetatis vel magnitudinis, aterrimae, sparsae, maturitate subglobosae, fere sessiles.

Substantia rigida, tamen flexibilis, emollecit humore fitque tenax quasi subcoriacea.

*Locus.* Innascitur in montosis Hercyniae, praesertim Bructeri axis et lapidibus.

*Observatio.* Upsaliae lecta exemplaria a b. Ehrharto, minora foliis que paucioribus et minus laciniatis marginibus crenatis, accedunt magis ad figuras Lichenis glabri ACHARII (in kongl. Vet. Acad. Handl. 15. t. 2. fig. 5. p. 95.) et DILLENI (Mus. t. 30. fig. 129.) quam hercynica nostra specimina. Plura Synonyma vix ausim subiicere in tanta specierum difficultate. Lichenem anthracinum WULF. (in Jacq. misc. 2. t. 9. fig. 4. depictum) nisi colore superioris superficie, magis nigricante quam fusco, vix aliter differre credas.

## Explicatio Figurarum.

- Fig. 1. {  
 a.  
 b. Variae aetatis et conformatiois specimina.  
 c.  
 d.  
 e. Particula frondis insidentibus nigris punctis et scutella depicta, magnitudine naturali auctior.  
 f. Scutellae omnis aetatis ac figurae. Haec ad lentem considerata.



T A B U L A L X.

*Fig. 1.*

P S O R A M I N I A T A.

*Pflora miniata*, crustacea sparsa, suborbicularis; foliolis minutis  
scutellisque miniatis.

---

*Lobaria miniata*. *Flor. germ.* 2. 158.

*Lichen miniatus*, cruciacens imbricatus, foliolis minutissimis linearibus miniatis, scutellis  
concoloribus. *Enum. Lich.* 62.

In arenario faxo potissimum sparsa nudo oculo incurrit crusta plus minusve coloris miniati, quae revera oculo armato ostendit foliola et scutella distincta elegantis coloris, arctissime lapidi adnata sparsa vel in parvos orbiculos conflata rarius imbricata, frequentius centrifuga, brevissima saepe, convexa, obtusa, incisa, linearis-multifida, integra, vel fragmentata. Inter haec scutellae copiosae concolores, disco depresso, demum convexo.

*L. regularis*, (*Flor. germ.* l. c.) praeter magnitudinem aegre distinguenda, a tenui origine sensim in orbiculos explicata, pollicaris et ultra, colore aureo, fulvo, aurantio, miniato, foliolis multifidis pulposis, incisis convexiusculis scutellisque concoloribus, affinis priori videtur, tectorum tegulis etiam rupibus innascens.

*Locus*. Rupes ex arenoso, calcareo vel granito faxo compositos inhabitare solet.



*Observatio*. Lichen pulmonarius aureus, vix conspicuus, tenuissime divisus, receptaculis florum concoloribus *Mih. gen.* p. 91. Ord. XXIII. n. 6. T. 43. f. 5., priori, et *Lichenoides tenuissimum*, scutellis exiguis miniatis *Dill. musc.* t. 24 f. 68. posteriori non male respondet.

*Explicatio Figurarum.*

Particulam Saxi sinistrorum depicta figura *Pflora miniata* obductam nativa forma una cum orbiculo ad lentem augmentato sicut; Altera lapidi calcario innascens *Lich. regularis* speciem prae se fert.

---



## T A B U L A L X.

Fig. 2.

## PATELLARIA GRISEO-ATRA.

*Patellaria griseo-atra*, crusta griseo-cinerea rimosa; scutellis atris depresso contiguis.

Verrucaria griseo-atra Flor. Germ. a. 182.

**C**rusta tenuis leprosa, sparsa, arctissimo lapidi adglutinata cinereo-grisea; ad lentem rimosa, vel potius ex solidis particulis conflata hinc inde granulosis, e cinereo in cervinum colorem vergentibus. Scutellae sparsoe vel contiguae crustae impositae, ab initio planae marginatae, demum convexae atrae.

*Locus.* In schistofo lapide ex steatite composito, nomine Lich. Fusco-atri WULF. e Carinthia accepi depictum exemplar.

## Explicatio Figurarum.


Fragmen lapidis adspersum Lichene nativa forma, cui particula auctiori magnitudine adponitur.

Tab. VI.

1.




2.



Dufourmann sculp.

*Tab. LVI.*


1.



2.



1.




2.




*Dufourian* sculp.

1.



2.



*Tab LX.*



*Dideron sculp.*

V I R O

PERILLUSTRI EXPERIENTISSIMO AC AMPLISSIMO

**GEORGIO L. B. AB ASCH**

M. D. POTENTISS. RUSSOR. IMPERATORI A CONSILIIS  
STAT. MEDICO CASTR. PRIMAR. COLLEG. IMP. MEDI-  
CI SOC. PETROP. ET GOTTING. ALIARUMQUE  
SODALI

HISTORIAE NATURALIS INQUE HIS REI BOTANICAE

PATRONO AMICO FAUTORI


**H U N C F A S C I C U L U M**

DEDITAE AC OBSTRICTAE MENTIS

SIGNIFICATIONEM

CONSECRAT

GEORG. FRANCISC. HOFFMANN.



1

## T A B U L A L X I.

Fig. I. 2.

## PATELLARIA GRUMOSA.

*Patellaria grumosa*, crusta rimosa crassa, caerulecenti- grisea,  
scutellis nigrescentibus, margine crenulatis albidis.

---

*Lichen caeruleans*, saxatilis, crusta leprosa late effusa, subfarinacea, caerulecente-ci-  
nerea; scutellis sparsis, nigrescentibus externe rugosis albicantibus *Perr.* in Ann.  
bot. II. 15.

*Lichen grumosus* L. c. 14. 36.

*Verrucaria grumosa*, crustacea grumosa caerulecenti-cinerea; scutellis sparsis depresso-  
nigris albido-marginatis crenulatis *Flor. Germ.* 2. 188.

---

**C**rusta satis crassa tartarea rimosa, dehiscentia in frustula, decidua, per  
superficiem pulverulento-granulosa ex caerulecenti grisea vel cinerea,  
subtus et intus albida, cohaerens. Scutellae sparsae pleraeque, crustae  
subimmersae, aliae emergentes in superficie crustae sessiles. Discus pla-  
ne niger complanatus, margine cinctus ab initio integro, utplurimum  
flexuoso crenulato, albido, a crusta saepe pulverulento.

*Locus.* Ad faxa arenaria late effusa, margine dilutior centrum versus elevatur siepe crusta.

*Explicatio Figurarum.*

1. Fragmen arenarii rubri lapidis nativa forma.
2. Particula hujus ad lentem aucta, scutellis unacum et crustae particulis.

T A B U L A L X I .

*Fig. 3 - 9.*

PATELLARIA SALICINA.

*Patellaria salicina*, crusta leprosa cohaerens vitellina; scutellis aurantiis margine pallidioribus.

*Lichen salicinus*, crustaceus flavus, scutellis (convexusculis) aurantiis margine pallidioribus. *Gmel. Syst. Nat.* 2. 1363. n. 103. *Schrad. Spic.* 82.


*Verrucaria salicina*, leproso-crustacea flavescentia; scutellis aurantiis margine pallidioribus *Flor. Germ.* 2. 197.

**C**rusta obliterata quasi cortici ad lentem granulosa, vitellina vel etiam dilutius flava, quasi detrita, in cinereum frequenter evanescens. Scutellae sparsae ut plurimum tamen approximatae, contiguae, disco depresso complanatae, convexusculae aurantiae, margine aquabili, flexuoso, hinc inde a subjecta crusta quasi duplicato crenulato dilutiore vel flavescente, cinctae. Interior natura ejusdem cum superficie coloris, excepta fibrosa basilari compage albicante.

*Locus.* In arborum Cortice Salicu[m] Göttingae vicinarum (versus Waake primum collegerunt Heyder, Schrader, Persoon).

*Explicatio Figurarum.*

3. Corticis rimosi particula, scutellis contiguis.
4. Alia scutellis magis sparsis;
5. Scutellis majoribus;
6. Scutellis saturatius coloratis, crusta fere decolorata;
7. Scutellis sparsis, crusta ex fusco flavescente. Haec nativa magnitudine.
8. Particulae ad lentem auctae:
9. Crusta in priori granulata, in posteriori quasi detrita.



T A B U L A L X I I .

*Fig. 1 — 4.*

PATELLARIA CONTIGUA.

*Patellaria contigua*, crustacea rimosa subcinerea, scutellis nigris depresso contiguis.

*Verrucaria contigua* Flor. Germ. 2. 184.

**E** crustacea rimosa, coagmentata, plus minusve crassa, cinerea vel ex cinereo albida, innumerae contiguae nascuntur scutellae, jam ab initio a crustae glebulis distinguendae, aterrimae, in crustam quasi immersae, vel tamen cum ea aequabiles, margine proprio concolore, disco complanato, demum convexiusculo, hinc inde leviter cicatricoso, cinctae.

*Locus.* In faxis Hercyniae, frequenter Byssu Jolitho adspersa.

*Observatio.* *Verrucaria confluens* multis modis differt, praecipue margine deficiente proprio, disco convexo nitente, majori, crusta aequabili, quae in nostra valde rimosa ex glebulis quasi composita ad lentem rugulosis, scutellis impressis minoribus consimilibus. Varietatem ideo-

que sub Lit. b. Tab. XIX, depictam potius huic subjiciendam dixisse, V. cicatricosae similiorem. Nolim tamen separare.

*Explicatio Figurarum.*

1. Fragmen Lapidis naturali forma ac colore Lichenis.
2. Particula ad lentem aucta.
3. Peculiaris an dicam varietas? crusta albidiore, scutellis crustae magis superimpositis, ab initio tamen immersis, cuius particula
4. ad lentem aucta.

T A B U L A LXIII.

Fig. 1 — 3.

PATELLARIA MULTIPUNCTA.

Patellaria *multipuncta*, crusta cinereo-lactea aequabilis rimoso-tesselata; scutellis intra areolam pluribus impressis, contiguis.

Verrucaria *multipuncta*, crustacea cinereo-lactea aequabilis, rimoso-tesselata; scutellis intra areolam pluribus impressis contiguis, demum prorumpentibus, marginatis Flor. Germ. 2. 186.

**C**rusta sordide lactea aequabiliter effusa, hinc inde subcinerea, monticulosa a subjecto lapide, in areolas dehiscens quasi tessellata, quibus innascuntur scutellae plures, punctis nigris similes, distinctae, sensim contiguae, demum confluentes, ab initio complanatae proprio nigro margine instructae flexuoso, disco depresso. A crusta saepius ita cum margine elevantur, ut prominere videantur, discus convexior fit, marginemque fere obliterat.

*Locus.* In montosis elatis Granito innascitur. Habeo collectam Hercyniae, in monte pinifero a D. Flörke, Sudetis Silesiae a D. Mösig.

*Explicatio Figurarum.*

- Fig. 1. Sistit particulam faxi, crusta obductam fere aquabili, scutellis hinc inde foliariis.
2. Fragmen extensori magnitudine, areolis distincte tessellatis.
3. Particula ad lentem depicta.



 TABULA LXIII.

Fig. 4.

## PSORA HYPNORUM.

*Psora Hypnorum*, crusta leprosa granulo-foliolosa; scutellis rufescens, margine crista concolor crenulato criso.

---

 1. *Psora Hypnorum* Flor. Germ. 2, 166.

 2. *Psora deaurata*, crustacea leproso-granulosos, foliolosa, flavescentes; scutellis rufescens, margine crista concolor criso cinetis Flor. Germ. 2, 166.

**C**rusta colore magis flavescente potissimum a priori, *Hypnorum* differt, super terram et Muscos sparsa, ad lentem foliolis sparsis granulosis quasi conflata, cui innumerae insident scutellae sat magnae concavae, planiusculae, varie flexae, rufescentes, vel ex aurantio fusi coloris, margine crista concolor aurelo, inciso, crenulato, fimbriatae.

*Locus.* Ad terram locis umbrosis.

---

 Explicatio Figurarum.

 Fig. 4, 5, 6. Terra glebulae *Psora deaurata* oblitae.

Fig. 7. Particula crustae cum scutellis ad lentem aucta.


 TABULA LXIV.

Fig. 1 — 4.

## PATELLARIA DETRITA.

*Patellaria detrita*, crusta subcinerea; scutellis detritis rufescens, a crusta marginatis.

---

 Verrucaria *detrita*, crustacea albido-cinereas; scutellis confertis difformibus detritis, a crusta marginatis Flor. Germ. 2, 172.

**A**rborum corticibus crista arctissime adnascentur, latitudine semunciali, unciali, biunciali et triunciali, colore ex cinereo et glauco candente, superficie centrum versus elevatiore, undiquaque accuratus conspecta, scutellis tecta. Scutellae ex crista informi orientes, nunc subrotundae, nunc ovatae, nunc ex mutua pressione angulosae, parvae, planae in arcuolas cum crista divise, neque ultra eam elevatae, sed planissimae, detritae. A primo ortu colorem habent carneum, nunc rufum vel plane subfuscum, marginem a subjecta crista acquirunt irregularem.

*Locus.* In arborum cortice laeviore Populi vel Betulae.

---

 Explicatio Figurarum.

Fig. 1, 2, 3. Corticis segmenta variae aetatis ac magnitudinis Lichene obducta. Particula ad lentem conspecta.

4. Aetate proiectior, scutellis subfuscis.



 TABULA LXV.

Fig. 1.

## PATELLARIA FUSCO-LUTEA.


*Patellaria fusco-lutea*, crusta granofo-glebacea albida; scutellis planis fordide fusco-luteis, margine concolore.

---


Lichen *fusco-luteus*, crustaceus granofo-glebacens albidus, scutellis planis fordide luteis obsolete marginatis *Dickf.* fasc. 1. 18. t. 6. f. 2. Hort. sicc. brit. 4. n. 25.

---

**C**rusta cohaerens obducens muscos substratos, aliasque plantas emortuas, qualis in *P. upfaliensi* adesse solet, ut quasi ramulosa et granulosa videatur, etiam foliolosa. Color albidus. Scutellae in centro cespitis frequentiores, juniores globosae umbilicatae quasi farina adspersae, sensim explicatae planiusculae, marginatae: margine aequabili vel flexuoso circumductae, coloris fordide fusco vel luteo virescentis, qualis in pulvere nicotianae, Spaniol vel Bolongaro dicto, conspicitur. Detera superficie scutellarum interior natura nigricans appareat, unde color folidus evadit.


 Locus. In alpinis, summis montium jugis scoticis primum lecta et descripta ab oculatissimo Dicksonio.

## Explicatio Figurarum.

- a. Exemplar a Dicksonio lectum, et in Horto suo britannico siccо l. c. servatum, nativa forma ac colore, substratis scutellis variae aetatis, ad lenteи anctis.
  - b. Aliud hujus Lichenis specimen e Tunetano regno allatum, adposita aucta fontella.
- 

## T A B U L A L X V .

Fig. 2.

## P L A C O D I U M D I F F U S U M .

*Placodium diffusum*, subimbricatum depresso; foliolis loba-to - multifidis obtusis crenatis; scutellis elevatis ferrugineo-fuscis.

1. *Lichen pallefasci*, crustaceus imbricatus orbiculatis, scutellis pallide fuscis, margine crenulato Enum. Lich. p. 66. t. 10. fig. 1, 2.  
*Lobaria pallefasci*, orbicularis centrifuga rugosa - multifida cervina farinosa; scutellis prominulis subfuscis Flor. Germ. 2. 156.
2. *Lichen diffusus*, imbricatus, foliolis linearis - multifidis obtusis crassis pulverulentis glauco-albescensibus, scutellis orbicularibus planiusculis prominulis ferrugineo-fuscis, margine crenulato albido Dicks. fasc. 3. p. 17. t. 9. fig. 6. Hort. sicc. brit. xi. n. 23.

In priori frons ab initio orbiculatim expansa, rugosa: rugis ex centro peripheriam versus ductis, ubique pulvere cinereo viridi vel albido conspersa, margine foliolosa: foliolis latiusculis, tenuissimis, albido cinereis, laciniatis: laciniis sinuato-crenulatis, in humido subcervinis molliusculis, in secco appressis; subtus cinereo-albidis, versus apicem et foliorum marginem subfuscis, radiculis brevissimis, apice saepe fissis, basi nigricantibus obsitis. Frons denique plane in pulverem resoluta inaequalis et gibbosa fit, rarissime hinc inde scutellae circa marginem collocatae subfuscæ provenire solent. Alia vero specimina nec ita pulverulenta occurunt, scutellis numerosis obsita, arcte confertis, junioribus concavis margine tenui crustae concolore, interius crenulato instructis, adultioribus pla-

nis, margine criso pulverulento, cinctis, demum convexis irregularibus, in humido pallide fuscis, in secco rufo-fuscis, vel nigricantibus ex apice foliorum quasi pedunculatis. Foliorum forma in hisce magis erosa, inaequalis, pulvere quasi nigricante adspersa, quae sensim evanescunt, et glebulæ solitariae irregulares, cum paucis scutellis, remanent.

In posteriori frondes magis et irregulariter diffusae, hinc inde etiam lineari - multifidae, farinosa confluentes, cum iis scutelliferis, farina distinctius ad lentem granulosa: granulis quasi peduncularis. Scutellæ sparsæ hinc inde acervatae, elevatae, disco pallide vel ferrugineo-fuscæ, margine crenulatae, etiam farina adspersæ. Frons è cinereo-viridi, saepissime canescit.

*Locus.* In cortice abietino afferibus trabibusque habitare solent.

## Explicatio Figurarum.

Fig. a. Exemplar ascutelliferum.

Fig. b. — — scutellatum *Lichenis pallefasci*. Annexæ sunt scutellæ, lente paulo augmentatae.

## T A B U L A L X V .

Fig. 3.

## P L A T I S M A L A C I N I A T U M .

*Platisma laciniatum*, depresso irregulariter laciniatum, incisum, subtilis tomentosum, fuscum, punctis excavatis conspersum.

*Lichen laciniatus*, foliaceus, depresso rigidus, irregularis, laciniatus incisus glaber  
subtilis tomentosus *Swartz*, prodr. 147.

**S**implex Frons in lacinias divisa irregulariter ultra medianam ejus partem, iterumque incisa in angustiora segmenta margine lacinulata, hinc inde multifida. Facies prona glabra depresso, lacunis superficialibus exarata, varieque plicata, coloris in sicco e cinereo, coriaceo, vel fusco-luridi. Facies supina tomento denso brunneo, ex villo brevi spongioso, obducta in plicas seu rugas elevata, a centro peripheriam versus dilutiori. Ace tabula minuta ore tenui aperta, intra villos quasi immersa, prope marginem fere nuda.

Scutellae in prona superficie sparsae, praecipue pone marginem sitae, orbiculares, sessiles, rufo-fuscae, margine subcinereo oblinitae, maiores ex plano convexae, tenuiori margine cinctae.

Substantia solida membranacea, interne spongiosa a villorum congerie, eo crassior, quo centro proximior. Odor in humectato urinosus, sylvatico similis.

*Locus.* Depicta exemplaria debo cel. Professori Stockholmieni *Swartz*, qui ipse in Jamaica collegit, mecumque communicare voluit.

## E x p l i c a t i o . F i g u r a r u m .

- a. Integrum exemplar, quale intra chartam servatum apparebat, colore ac figura nativa.
- b. Idem ab inferiori parte spectatum.

## T A B U L A L X V I .

Fig. 1.

## PLACODIUM ORBICULARE.

*Placodium orbiculare*, imbricatum depresso: foliolis margine lobatis elevatis pulverulentis.

*Lichen orbicularis*, crustaceus imbricatus, foliolis margine verrucosis pulverulentis, scutellis fusco-nigricantibus Enum. Lich. p. 68. t. 9. fig. 1.

*Lobaria orbicularis*, imbricata depresso cinerea, foliolis lobato-multifidis margine elevatis pulverulentis Flor. Germ. 2. 155.

**A**b initio frons orbiculatum expansa, cortici appressa, foliolis composita imbricatis multifido-lobatis, apice incisis obtusis crenulatis; demum elevatis, sine ordine coagmentatis, margine et centro verrucoso-pulverulentis, cinereis, subtus radiculosi. Scutellae sparsae, ab initio subrotundae, margine inflexae, sensim explicatae discus appetet leviter fuscus, excidentibus tum verrucis pulverulentis caute ab iis distinguendis.

*Locus.* In cortice arborum intertextis saepissime Lichenibus aliis, praecipue ciliato et hispido.

## Explicatio Figurarum:

a, b, c, d, e. Variae aetatis ac magnitudinis specimina.

f. Particula frondis ad lente aucta.

## T A B U L A L X V I .

Fig. 2.

## PLATISMA CUCULLATUM.

*Platisma cucullatum*, erectum laciniatum complicatum: laciniis crenulatis, scutellis posticis cucullatis fuscis.

Dillen. musc. t. 21. fig. 56. B.

*Lichen cucullatus*, Bellardi observaz. botaniche, 54.

*Lichen cucullatus*, foliacens erect. laciniatus albus, scutellis posticis cucullatis fuscis Smith in Trans. Linn. V. 1. p. 84. T. 4. fig. 7.

*Lobaria cucullata*, erecta-laciñata albida, margine complicata finuata crenulata Flor. Germ. 2. 143.


**C**aespitis instar nascitur foliis surrectis laciniatis complicatis, intermedia quasi species inter Lich. islandicum et nivale, ab utroque vero distinctissima. Frons undique glaberrima, multifido-laciñata: laciniis primariis conjugatis finuatis, cum marginibus coeuntibus velut tubulosis, laciniis minoribus varie sectis ultimo crenulatis; fructiferis dilatatis rugulosis, lacunosis omnibus complicatis. Ad lentem hinc inde etiam brevissime spinulosi. Color in siccо ex candido viridi flavescent, in humido magis virescens. Basis ex fusco sanguinea. Scutellae terminales posticæ, cucullatae, margine inflexo, irregulariter saepe diviso; subsufcae ex carneo, vel pallidiores. Substantia rigidiuscula in humido flaccida.



*Locus.* Habitat in ericetis alpinis Sabaudiae E Sudetis Silesiae  
depicta exemplaria accepi a D. Archivario Mösig.

*Explicatio Figurarum.*

a, b, c. Variae magnitudinis ac aetatis exemplaria humore irrigata.



*Tab. LXI.*



*Bofmann del.*

*Sapientia, 1768.*

*Tab. LXII.*



*Pl. LXII.*

*Copie des figures 1790*

*Tab. LXIII.*




*Tab. LXIV.*




*Tab. LXV.*

1



2



3



*Opposite p. 125.*

*Tab. LXVI.*

1.



2.



*Osterv. folio 102*

*Degener. fol.*

I

---

TABULA LXVII.

U S N E A F L A C C I D A.

*Usnea flaccida*, loris pendulis flaccidis compresso-lacunofis.

---

*Usnea mollis*, ramis longis compressis Dill. musc. 62. t. 12. f. 5.

*Lichen divaricatus*, ochroleucus mollis angulato-compressus pendulus, loris divaricatis; scutellis sessilibus planis rufescentibus margine nudo integro Achar. Lichenograph. 226. (*Usnea*).

*Usnea flaccida* Deutschl. Fl. 2. 133. n. 6.

---

**L**ongitudine biunciali et pedali ramis primariis per dichotomiam divis, secundariis fine ordine progradientibus, in tenuia fila teretia, acuta abeuntibus. Frondes molles, pendulae, flaccidae, compressae, latiusculae, undique rugis notatae, non raro articulatae, vt nudum inter articulos filum lanuginosum interponatur. Color in sicca ochreus pallens, obsolete flavens. Scutellae ipsis ramis hinc inde adnascuntur, colore in sicca spadiceo vel rufo, posterius albicante, semicauae. In aliis orbiculi plani glabri, non per latera adpositi, sed mediis ramis adnati vel annexi saltem, rufo spadicei, margine inciso, vel lobato, externe lacunosi, cum ramis concolores.

*Locus.* Ad arborum acifol. cacum. demort., in abietum cortice.  
Etiam in arenosis, per varias Europae et German. (Hercyn. Silef.

Vol. III. Fast. IV.

A

Saxon. Misn. Austr. Salisb. Tyrol.) regiones. Masticatus nullam tinturam, ac redinis vero sennum et amaritatem relinquit.

*Explicatio Figurarum.*

1. Usneae cespes nativa magnitudine ac colore ad exemplar intra chartam sicca. tum, in Suecia lectum.
2. Aliud cum scutellis insignis magnitudinis, a clariss. viris Sievers atque Schangin olim in Sibiria et ultra montes altaicos lectum et nunc ab illustri Stephan, Professore mosquensi, acceptum, in aqua emollitum.
3. Ramulorum apices ad vitream lentem conspecti.

TABULA LXVIII.

Fig. 1 — 4.

UMBILICARIA FLOCCULOSA.

*Umbilicaria flocculosa*, fusco-nigra sublaevis, subtus nuda impresso-punctata, rugulosa.

*Lichen flocculosus*, umbilicatus coriaceus, suborbiculatus, criso-lobatus, ex fusco niger, supra squamoso-flocculosus, subtus laevis, sublacunosus Wulf. in Jacq. coll. 3. 99. T. 1. f. 1.

*Lichen densus*, membranaceus peltatus fuscus, subtus impresso-punctatus lacunosus nudus laevis, folio sublobato; tricus planis dupli circulo, demum convexis rugosis Achar. Lichenograph. 145. (Umbilicar.)

*Umbilicaria flocculosa*, undique nuda sublaevis, fusco-nigra, inferne sparsim lacunosa Deutschl. Fl. 2. no. 2.

**T**enuissima fere papyracea, e centrali tophacea radice in frondem spargitur unciale, biunciale, per marginem laciniatam, vel obtuse lobatam, hinc inde corrosam; planiuscula ceterum vel in superficie corrugata in plicas. Superne pulvere ad lentem granulosò vel squamuoso adspersa, inferne penitus glabra, nuda, punctato-lacunosa, vel reticulato-venosa. Color utrinque ex fusco nigricans, dilutior in paucis. Scutellae pro more generis contortae, dupli vel repetito flexo margine cinctae, nigrae, planae, sessiles

*Locus.* In rupibus, faxis German. Carinth. Sileſ. Svec.

*Observatio.* Ratione substantiae habita Exemplaria in Svecia lecta omnium tenuissima, in obtusos lobos explicata, pulvere etiam per lentem similari adspersa, subtus distincte punctata lacunosa. Ea, quae e Lusat. sup. a D. Archivario Moſig accepi, paulo crassiora, pulvere ad lentem squamuloso exasperata, per ambitum magis laciniata, centrum versus dilutioris coloris, subtus venoso-reticulata magis, quam lacunosa. Crassissima omnium in Carinthia lecta, rigidiuscula, farina adspersa per lentem papilloſa, lacunae subtus parum impressae.

*Explicatio Figurarum.*

1. A superiori facie.
2. Ab inferiore. Exemplar in Suecia lectum.
3. Particula frondis scutellis maioribus, seorsim auctis.
4. Exemplar e Lusatia acceptum ab inferiori parte.
5. 6. 7. Lichenis f. Usneae ochroleucae (Tab. 27. depictae) specimina cum scutellis insignis magnitudinis a clariss. viris Sievers atque Schangin olim in Siberia et ultra montes altaicos lecta, et nunc summa liberalitate a viro perillustri L. B. ab Afch, M. D. Potentiss. Russor. Imperatori a consiliis stat. Med. castr. primar. mecum communicata. Nativa magnitudine ac colore.

TABULA LXIX.

*Fig. 1—2.*


UMBILICARIA PENSYLVANICA

*Umbilicaria pensylvanica*, utrinque nuda, superne pustulata, subtus lacunosa exasperata.

In frondem subrotundam expansa, tres vel quinque uncias et ultra lata, crassiuscula rigida, parum flexilis in ficitate, madesfacta coriacea mollis, per ambitum rotundatum fine ordine lacerata.

Facies superior ex cinereo fusca vel fuliginosa, etiam fusco-aenea, centrum versus dilutior, in pustulas et rugas concentricas elevata. Vintro inspectae pustulae glabrae, interdum medio depresso, circa umbilicum et versus marginem pedetentim minores. Inferne in lacunas excavatae, ex interceptis foveis, quae superioribus pustulis exakte respondent, et, ut tota superficies, granulosae sunt, aspredine quadam excisae, quae granula confertissima breves conos ad lentem imitari solent.

Scutellae in hac Umbilicaria frequentissimae occurunt per marginem sine ordine collocatae nigrae, orbiculares, planiusculae, margine integro vel flexuoso concolore cinctae, disco, quod aliis ex hoc genere solempne esse solet, non aequo flexuoso vel in nodos contorto, sed leviter tantum introflexo, vel in lineas obscuras exasperato.





Facies inferior nigra ex fusco, tota granulosa et corii perfici inflar per siccitatem exasperata, nullis radiculis, praeter laciniatum excen-tricum tophaceum pediculum, praedita.

*Explicatio Figurarum.*

Specimen a rev. D. Mühlenberg communicatum, et ab eo ipso in Pensylvaniae, Lan-caetriae rupibus collectum, intra chartam exsiccatum, quale adparebat nativa for-ma ac colore,

1. A superiori facie depictum. Scutellae ad lenticem auctae separatim delineatae.
2. Idem exemplar ab inferiori parte conspectum. Particula exasperatae superficie ad lenticem considerata.



TABULA LXX.

Fig. 1—5.

U M B I L I C A R I A E R O S A.

*Umbilicaria erosa*, nigricans inciso-lobata, laciniato-cribrofa.

*Lichen erosus*, Web. spicil. 259.

*Lichen erosus*, peltatus nigricans, utrinque laevis, inciso-lobatus laciniatus, cribrosus, subitus cinereo-fuscus Achar. in Kongl. Vet. nya Handl. 15. t. 2. Fig. 1. a — f.

*Lichen erosus*, membranaceus peltatus niger rugulosus cribrosus subitus cinereo-fuscus subfibrillatos, folio erofo-laciniato; tricus planis demum gyrofo-plicatis Achar. Lichenograph. 145. (*Umbilicaria*.)

*Umbilicaria erosa* Deutschl. Fl. 2. III. n. 5.

*Lichen corruscus*, Ehth. plant. crypt. exsicc. dec. 31. 306.

**E** centrali tophacea radice in frondem spargitur unciale, bi-triunciale planam, lobatam, centrum versus irregulariter plicatam, per marginem laciniatam sine ordine: praemorsis laciniis, corrodis quasi ex acido quodam lacinulisque invicem anastomosantibus, reticulatis vel liberis. Facies superior rugulosa aut rimosa, nigricans ex fusco aenea.

Scutellae (sphaerae, tricae, gyromata quibusdam,) haud infrequentes, planiusculae, demum elevatae quasi brevi pediculo insidentes, subinde convexae, plicis pro more huius generis varie et circinatim ductis contextae, simplici serie vel etiam pluribus deinceps positis fulcis vel




vorticibus, centro introlabente. Facies inferior e fusco aut cinereo nigricans, exasperata fibrillis inter se coeuntibus vel liberis subramosis, simplicibus, pallidioribus; hinc inde ad lentem versus centralem pediculum in quibusdam undique granulosa.

Substantia membranacea magis, quam coriacea, in sicco fragilis. Madesfacta flexilis utrinque obscure virescens. Annosiora specimina crassiflora, magis plicata, rigidiora, occidentibus spatiolis retiformibus, luci obversa sparsim cribrosa.

*Locus.* Nascitur in variis Europae montosis rupestribus, saxosis, etiam subalpinis Germaniae, Sueciae. Exemplaria depicta in monte Bructero Hercyniae, et in rupibus mari propinquis Sueciae lecta.

*Explicatio Figurarum.*

1. A superiori facie medicae magnitudinis frons;
2. Alia junioris aetatis.
3. Marginis particula ad lentem cum scutellis lente aucta.
4. Scutellae foecundis variae aetatis.
5. E maximis exemplar ab inferiori parte, quale intra chartam exsiccatum apparebat, depictum



TABULA LXXI.

Fig. i — s.

UMBILICARIA HYPERBOREA.

*Umbilicaria hyperborea*, fusco-nigricans utrinque nuda, superne rugoso-papulosa, subtus lacunosa.

*Lichen hyperboreus*, peltatus, fusco-nigricans rugoso-papulosus, laciniatus subtilis laevis obsolete lacunosus Achar, in Kongl. Vet. nya Handl. 15. t. 2, Fig. 2, a — E

*Lichen hyperboreus*, membranaceus peltatus fusco nigricans rugoso-papulosus, subtilis laevis obsolete lacunosus niger, folio erofo lacinato, trichis difformibus glabris nitidis Achar. Lichenograph. 146. (Umbilicaria.)

*Umbilicaria hyperborea* Dentzsch. Pl. 2. no. n. 3.

**E** radice peltata brevi tophacea rosacee explicatur frons in lobos divisa planiuscula, sine ordine plicata et flexa, etiam subimbricata, marginibus nunc obtusis reflexis, nunc crenulatis, erosionis, laciniatis. Superficies utrinque glaberrima, fusco-aenea, nigricans in fuscitate, ex olivaceo virescens humore irrigata; rugulis superne et eminentiis papulosis vel squamulis confertis ubique exasperata. Scutellae numerosae, pro more hujus generis, contextae varieque effiguratae, ratione aetatis vel magnitudinis aterrimae, planae, convexae, sessiles. Inferne superficies nuda, neque radiculis, neque papillis tecta, corrugata, obtuse lacunosa et plicata.

Vol. III. Part. IV.

C



Substantia rigida, coriaceo-membranacea, emollescit humore, fitque tenax et flexibilis, intus albida.

*Locus.* Innascitur saxis, lapidibus variis Germaniae montosis, Hercyn. Saxon. Francon. Silesiae; nec non Sveciae indigena. Forsan hujus loci Lichen deuslus exasperatus Web. Spicil. 260.

*Explicatio Figurarum.*

1. Specimina Hercyniae lecta eximiae formae a superiori et inferiori facie depicta.
2. Marginis particula et rugulosa disci ad lentem considerata.
3. Scutellae omnis aetatis ac figurae, magnitudine naturali longe auctiores.



T A B U L A LXXII.  
U S N E A D I C H O T O M A.

*Ufnea dichotoma*, loris pendulis dichotomis compressis glabris, filamentosis ochroleucis, scutellis nudis sessilibus.

Lichen *sarmentosus*, filamentosus nudus, diffusus, dichotomus, fistulosus, lacunosus; loris sarmentosis, apice ramosissimus, capillaceis implexis. Achar. in Kongl. Vet. nya Handl. 16. Tab. 8. Fig. 2. (Filania.)

Lichen *sarmentosus*, cartilagineus pallidus glaber lacunosus fistulosus diffusus subdichotomus, apicibus ramosissimus capillaribus, scutellis sparvis sessilibus virgescitibus margine albo Achar. Lichenograph. 180. (Physcia.)

*Ufnea dichotoma* Deutschl. Fl. 2. 134. n. 7.

**A**b origine statim, brevioribus aut longioribus intervallis frondes loraee per dichotomiam dividuntur, decies, duodecies, usque in tenuiora capillacea filaments flexuosa confertissima valgiter divisâ implexa deflexa teretuscula, haud raro nodulosa, abeunt.

Superficies laevis, nuda, imprecisionibus lacunosis sparvis, praesertim intra axillas dilatatas compresas.

Color ex cinereo pallide sulphureus, in extremis fibrillarum apicibus ad lentem hinc inde nigricans.



Substantia in sicco nec rigida, nec prorsus mollis, flexilis, madefacta tensioni resistens, intus cava, tubulosa, lateribus farinosis.


Scutellae rarissimae, in axillarum geniculis sessiles orbicularis, margine cinctae nudo introflexo concolore, disco livido virescenti.

Longitudo pedalis, dodrantalis. Sapor amaricans.

*Locus.* Ex arborum cortice Pini sylvestris pendens passim ad rupes, montosā Europae, Germaniae (Hercyniae) Sveciae, in alpinis Norvegiacis.

*Explicatio Figurarum.*

1. Usneae cespes nativa magnitudine ac colore ad exemplar intra chartam siccatum, Hercynias lectum.
2. Aliud cum scutellis nomine Lich. farmentosi a Cel. Achario ad D. Perfoonium misum mihiique benevole communicatum. Scutella seorsim lente aucta.
3. Ramulorum apices ad vitream lentem conspecti.



Tab. LXVII.



Perfoonium.

Gesnerii p. 120

Tab. LXVIII.



Georgian. 1771

*Tab. LXIX.*

1



2



Tab. LXX.



Bryonia


*Tab. LXXI.*



*Asperula* Del.

*Sp. nov.*

*Tab. LXXII.*



*Dilemma* 300

*Gemmae* 300

